IN EVAN GELIVM MARCI PA RAPHRASIS, per D. ERASMVM Roterodamū

nunc re/
cens
& nata, & for
mulis ex/
cusa.

Cum priuilegio.

Fr. miguel de
Sancto domingo

REVERENDISSIMO IN CHRIsto Patri ac Dño. D. Alfonſo de Fonſeca Archiepiſcopo Toletano, ac Hiſpaniarū primati, Michael Eguia Typographus. S.

ECCE POST MATthæum ordine ſuo venit Marcꝰ & ſeſe offert R. D. T. Illuſtriſſime antiſtes: qui reliquis Euangeliſtis in texenda Chriſti hiſtoria cōtractior, adeo perſpicue ac fideliter ab Eraſmo eſt illuſtratus, vt hac Paraphraſi non modo rerum ſeries facta ſit apertior & pueris quoqꝫ obuia: ſed & crebris allegoriis & ſenſibus myſticis vſqꝫ adeo locupletata, vt prope iuſtum commentarii modum abſoluat. Accipiet igitur hoc munuſculum eo vultu, quo cætera noſtra ſolet R. D. T. cui nihil offertur paruum, quod ad res aut libros ſacros pertineat. Valeat fœlix illuſtriſſima D. T.

CHRITIANISS. GALLIARVM
Regi Francisco, eius nominis primo,
Erasmus Roterodamus. S. D.

QVO MINVS ad hūc vsq; diē tam propenso tuæ maiestatis in me fauore sim vsus, Francisce rex Christianissime, neq; per me stetit, neq; per te: sed quum aliæ causæ compl[illegible]cerbius obstiterūt, tum pręcipue temporum horū tumultus hanc mihi fœlicitatē inuiderunt. Semper enim expectabam, vt in tam diutinis bellorum tempestatibus alicunde nobis affulgeret aliqua pacis serenitas. Nec vnquàm tamē arbitratus sum me vel pilo minus obnoxiū esse tuæ benignitati, quàm si iam accepissem, quicquid ea detulit. Atq; etiānum bona spes est, breui futurum, vt hunc in te animum certioribus argumentis declarare liceat. Interim dum remoratur opportunitas, visum est huius pollicitationis velut arrabonem ad te mittere, paraphrasin in Euangeliū Marci. Ad hoc consilii propensum ac velut vltro currentem, incitabat & ipsa rei congruentia. Quum enim Matthæum Carolo principi meo dedicassem: Ioanē, quem ilico post Matthæum sum interpretatus, Ferdinando Caroli germano: Lucam, quem tertio loco sum aggressus, Anglorum regi: videbatur Marcus ti

bi relictus, vt quatuor Euangelia quatuor orbis præcipuis monarchis consecrarentur. Atq; vtinam q̄ cōgruenter nomina vestra iungit codex Euangelicus, tam concorditer pectora vestra conglutinet spiritus Euangelicus. [redacted] Quod autē spectaculū exhiberi poterat Turcis, aut si qui sunt qui peiꝰ volūt nomini Christiano, quàm treis lōge florētissimos totius Europæ monarchas exitialibus dissidiis inter sese cōmitti? Vix mihi persuadeo, quenquam esse tam truculentum Turcam, qui plus malorum imprecetur Christianis, q̄ ipsi vicissim infligūt sibi. Neq; quisq̄ interim exoritur pacificator, qui tam impios rerum motus autoritate sua componat, quum nō desint qui instigent: quiq; oleum, quod aiunt, adiiciant camino. Nō est meū vllius partis causam meo præiudicio vel grauare, vel subleuare. Scio suā cuiq; causam videri iustissimam, & fateor in huiusmodi iudiciis plus fauoris tribui solere ei, qui depellit illatā iniuriam, q̄ qui infert.

infert.Sed tamen magnopere cupiã,vt omnes Chri/
stiani principes illud apud sese veris rationibus expẽ
dant,ꝙ ingens lucrum fecerit,quisquis maluit pacem
iniquam amplecti,quàm bellum ęquissimũ persequi.
Quid hac nostra vita fragilius,qd breuius,quid ca/
lamitosius?Omitto tot morborũ genera,tot iniurias
tot casus,tot fatales calamitates,pestilentias, fulmina,
terræmot⁹,incẽdia,exundationes,reliquasq́ꝫ calamita
tes,quarũ neqꝫ modus est,neqꝫ numer⁹.Nã inter oĩa
mala,quibus discruciatur vita mortalium, nihil bello
sceleratius,nihil nocentius,quod atrocius exitium in
fert moribus hominum,quã facultatibus aut corpo/
ribus.Minus damni dat,qui vitam aufert,quã qui bo
nam mentem.Nec ideo minus est detestabile bellum,
quod maxima pars malorũ redundat in capita tenuiũ
& humilium,velut agricolarũ,opificum, ac viatorũ.
Nihilo minus sanguinis dominus omniũ Iesus Chri
stus effudit pro redimẽdis illis quamlibet contẽptis,
ꝙ pro summis monarchis.Quumq́ꝫ venieť ad Chri
sti tribunal,quo breui sistendi sunt oẽs quantumuis
potẽtes huius mundi satrapę,non minus exacte ratio
nẽ exiget iudex ille seuerus pro pauperculis illis, quã
pro satrapis ac magnatibus.Itaq́ꝫ qui putant esse leuẽ
iacturã,quum expilantur,affliguntur,eiiciuntur,exu/
runtur,opprimuntur,occiduntur tenues, & humiles,
Iesum Christum qui est sapientia patris,stulticię cõ/

demnant, qui pro talibus seruandis preciosum sanguinem suum effuderit. Proinde nullum ego genus hominum arbitror exitialius, quàm qui monarchis suggerunt bellorum semina, quorum animi quo sunt excelsiores, hoc facilius his imponit̃. Atq; inter regias virtutes cũ primis numerat̃ animi sublimitas. Prędicata est hęc olim in Iulio Cęsare, prædicat̃ & hodie magno consensu gentium in Francisco. Porrò nullũ certius argumentũ animi vere sublimis, q̃ iniurias posse negligere. Laudata est veterum ducum virtus, qui de imperio certabãt, nõ de vita, sed in ethnicis & ab ethnicis. Christiano principi gloriosius est, aliquo ditionis dispẽdio pacẽ ac Reip. tranquillitatẽ redimere, quã speciosos & optimos referre triũphos, tantis hominũ malis emptos. Proinde qui dilatãdi imperii studium iniecerũt monarcharũ animis, quid aliud quàm perennem bellorũ fontẽ repererũt? Neq; minorẽ pnicẽ inuehunt reb9 mortalium, qui principũ aĩs suggerunt irę materiã, ac persuadẽt esse regiæ fortitudinis, dictũ aliquod, qd' fortasse falso delatũ est, aut atrocius delatũ quã dictũ est, armis ac bello vindicare. Quãto fortius est publicæ tranquillitatis respectu conuicium negligere? qd' si lædit, priuatim lędit: imò ne lædit quidem, si fuerit neglectũ. Atq; in aliis quidẽ reb9 fortasse licet vtcunq; cessare regibus: si tamen vsquam cessare licet, qui tam multis vigilant. Cæterum in bellis

suscipiendis,

suscipiẽdis, quæ ingentium malorũ inducunt diluuiũ, oportet omnib⁹ oculis aduigilare, ne quid temere statuatur. Non hęc dico rex Christianissime, quo principibus gladium ė manib⁹ excutiam. Est fortasse boni principis, aliquã bellum gerere, sed tum deniq;, postea quã omnibus frustra tentatis huc adigit extrema necessitas. Dominus Iesus Petro gladium ademit, principibus nõ ademit. Paulus eorum autoritatem etiam cõprobat, pręcipiens, vt qui Romæ Christum essent professi, principum licet ethnicorũ autoritatẽ adeo nõ contemnerent, vt illis veluti dei ministris, nec vectigal, nec tributum, nec honorem detrahi velit. An ademit gladium, qui dicit: Non enim sine causa gladium portat? Nec aliud docet Petrus ordinis apostolici princeps: Subditi, inqt, estote cuiuis humanæ creaturæ ꝓpter dominum, siue regi tanquã præcellenti, siue præsidibus tanquam ab eo missis, ad vltionem quidẽ nocentium, laudem vero recte agentium. Petro nihil esse voluit armorum, pręter gladium Euãgelicum, qui est sermo cœlestis: qui, vt docet Paulus ad Hebræos, viuidus est & efficax, ac penetrantior quouis gladio vtrinque incidente, ac pertingens vsq; ad diuisionẽ animę ac spiritus. Etenim qui iubet recondi gladium, nec aufert, plus facit, quã si auferat. Quur enim iubet recondi? nimirum ne bellet pastor Euangelicus. Quur autẽ deponi nec iubet, nec vetat? nimirũ vt intelligamus,

ne tum quidem esse parandam vltionem, quum vires suppetunt ad vindicandã iniuriã. Habent igitur Euangelici pastores gladium Euangelicũ à Christo traditum, quo iugulant vitia, quo resecant humanas cupiditates. Habent reges gladiũ suũ ab eodẽ permissum, ad terrendos malos, & honorandos bonos. Non adẽptus est gladius, sed præscriptus est vsus: habent ad publicæ tranquillitatis defensionem, non ad ambitionis præsidium. Duplex est gladii genus, duplex est regni genus. Habẽt & sacerdotes suum gladiũ, habẽt suum regnum. Proq; diadematibus & galeis habẽt mitras, pro sceptro pedũ, habent loricam, baltheũ: deniq; totam panopliam, quã illis nõ vno in loco strenuus ille bellator Paulus describit. Reges Euãgelici pastores dicuntur, sed & profani reges Homero dicuntur pastores populi. Idẽ agunt vtriq;, tametsi diuersa functio est, queadmodum in fabulis iisdẽ alias alii ptes agũt. Quod si suum vtriq; gladiũ semper haberent expeditum, hoc est, potestate tradita, sicut oportet, vterentur nõ toties, opinor, Christiani, qui vocamur poti9 quã sumus, in fratrũ viscera gladiũ impium stringeremus. Porrò dum vtriq; suo munere neglecto, quod est alienum affectant, neutri satis tuentur neq; dignitatẽ suã, neq; trãquillitatẽ. Quãdo rex plus habet regię maiestatis, quã quũ in iudiciis sedẽs dictat ius, cohercet iniurias, dirimit lites, subleuat oppressos: aut quũ in cõ

siliis

filiis sedēs, ꝓspicit Reip. cōmodis? Cæterū episcopꝰ qñ plus habet suę dignitatis, quā quum ē suggesto docet Euangelicā philosophiam? Tum enim vere in suo solio est rex Euangelicus. Quàm vero Neroni fuit indecorum in theatro certare cum phoniscis & citharœdis, aut in circo cum aurigis: tam indecorū est regi in humilibus ac sordidis negociis versari, quę pertinent ad priuatos affectus ipsius, & officiūt incolumitati Reip. Rursum quā indecorum esset, si philosophus cū pallio & barba fabulā saltaret in ꝓscenio, aut in harena falcem teneret ac rete, gladiatoriā canēs cantionē: Nō te peto, piscē peto, quid me fugis galle? [redacted] Quur nunc inuenitur episcopus, qui sibi pulchrius ducit, trecentos equites balistis, lāceis, ac bombardis instructos secum ducere, quā piis & eruditis diaconis comitatum sacros libros secū circunferre? Quur earum rerum ostentatione sibi magni videnť, quarum contemptu magni fuerūt illi, in quorum locum successerunt? Quur illis dulcius sonant tubæ & cornua, quā sacra lectio? Age, quid si rex pro diademate & trabea sibi imponat mitram & infulā: contrà pro mitra & infula sibi diadema & trabeā sumat episcopus, nónne porteti simile videbitur? Adeo mouent inuersa insignia, cur non magis mouet inuersa functio? Iam si qd priuatim facit vel rex vel episcopus,

pus,non alio spectare debet,quàm ad salutem populi. Aut enim monet errãtes, aut corrigit lapsos,aut cõsolatur deiectos,aut cõprimit elatos,aut extimulat cessantes,aut recõciliat dissidentes. Hæc est functio regũ, sed præcipue Euangelicorũ,quos non decet ambire regnũ huius mũdi. Quoniã aũt Iesus Christus vtrũq; genus in se complexus est,tametsi regnũ Ecclesiasticum tantum expressit in terris: vtrisq; conandũ est, vt pro sua quisq; portione principem suum emuletur Ille se totum impendit suis. Et qua fronte quisquã sibi viuit,qui se Christi vicariũ prędicat? Ille per oẽm vitam nihil aliud quã seruatorem,quã consolatorem, quàm beneficum egit. Siue versabatur in templo, siue in synagogis,siue in publico faciebat iter, siue in priuato versabatur domi,siue nauigabat,siue in deserti sagebat: docebat multitudinẽ,sanabat ęgrotos,mũdabat leprosos,restituebat paralyticos,mancos & cæcos: profligabat dæmones noxios,excitabat mortuos, liberabat periclitantes,saturabat famelicos, refellebat pharisæos,patrocinabatur discipulis, & vnguenti prodigæ peccatrici,consolabatur Cananæam peccatricem, & adulterã deprehensam. Repete totam vitã Iesu,nulli mortalium quicquam immisit mali, quum ipse tot malis afficeretur, & in promptu esset vlcisci si libuisset. Vbiq; seruatorẽ agebat,vbiq; beneficum. Malcho restituit auriculã,quã Petrus amputarat. Ne tantulo qdẽ damno

damno voluit vindicari incolumitatem suã. Herodẽ ac Pilatum redegit in concordiam. In cruce pendens seruauit alterum è latronibus. Mortuus centurionem pertraxit ad Christianam professionem. Hoc erat vere regẽ agere, prodesse omnibus, nocere nemini. Ad huius exemplum oportet omnes principes, quatenus licet accedere. Te vero rex Francisce peculiariter etiam ad hoc excitare debet Christianissimi cognomen, vt Christum principem pro viribus referas. [redacted]: Atque hæc scribo rex inclyte, non vt episcopos vllos notem aut taxem: atque vtinam nulli exoriantur, in quos ista merito dici possint: sed vt indicem, quibus in rebus sita sit vera regum & episcoporum dignitas, vt vtrique felices viuant, dum suam vtrinq; dignitatẽ agnoscunt ac tuenť. Longius autem absunt ab officio suo pastores Euangelici, qui quũ reges ĩter se tumultuãtes debuerint in cõcordiã redigere, vltro faces ad bellorũ incẽdia suggerunt. Atq si vsquã erat tẽpus bono pastori vitæ suæ iactura gregi consulere, si vsquã summus ille pastor, cuius vices gerunt, erat referendus, hic potissimũ erat officio locus, vbi tantũ mare scelerũ ac malorũ inundat in orbem. Ex tanta multitudine abbatum, episcoporum,

porum, archiepiscoporum, cardinalium, quur nemo prodit, qui vel capitis sui periculo tantos rerum mo-tus componat? Quàm feliciter moritur, qui sua mor-te tot milium vitæ consuluit. Nihil monomachiis & gladiatoria laniena crudelius aut immanius. Et tamen hoc spectaculo tam insane delectata est antiquitas, vt turpissimum exemplū ab ethnicis relictū, diu resede-rit etiam apud Christianos, presertim in vrbe Roma, quæ nondum dediscere potuit veterem paganismū. Sed monomachiarum abolitionem, vt refert historia quam Tripartitam vocant, debemus Telemacho cui dam, ex eorum numero, qui olim ob vitæ Christianę simplicitatem, ac studium solitudinis, fugamq; conta minatæ multitudinis, vulgo monachi vocabantur. Is hac gratia relicto Oriēte Romam venerat, atq; in the atrum ingressus, vbi vidit prodire duos armatos, & vtrunq; in alterius necem tendere, prosiliit, seseq; me-dium inter furentes iniecit, clamans: Quid facitis fra tres, quur in mutuū exitiū ferarū more ruitis? Quid multa? Dum vir ille pius studet vtriusq; vitæ cōsule-re, vitam amisit ipse à populo lapidatus. Tanti facie-bat insana multitudo crudelem oculorum voluptatē. Quid consequutum est? Imperator Honorius, hac re cognita, iussit aboleri morem exhibendi paria gladia torū. Nūc mihi cogita, quàm fœdus fuerit ille ludus, & quot hominū milia per hunc infeliciter perierint:

&

& intelliges, quantum mũdus debeat vnius hominis
morti. Atq; ob hoc factum merito relatus est in nu/
merum diuorum Telemachus. Quanto autem iustius
hoc honoris deberet ei, qui tantos orbis monarchas
inter sese cõflictãtes dirimeret? Neq; enim grauis est
iactura, si gladiator occidat gladiatorem, & scelerosus
sceleroso vicissim præstet carnificem. Et tamẽ vt sunt
mo totius orbis malo collidũtur inter sese principes,
ita minore periculo possunt dirimi, quàm ille diremit
gladiatores. Primum Christiani sunt, quoq; sunt ani
mis generosiorib⁹, hoc sunt tractabiliores, si quis epi
scopus, aut alioquin autoritate præditus Euangelica,
synceris rationibus cum illis agat. Quod si quis forsi
tan inciderit in principẽ inexorabilẽ ac violentum: ex
tremum deniq; malorum, quod vel sæuissimus possit
inferre, mors est. Et vbi, quæso, præstabũt exemplum
apostolici spiritus, qui in apostolorum vices successe
runt, si hic non præstant? Dicet aliquis: Quid profe
cero si morior, nec impetro quod studeo? Non com
mittet Christus agonothetes, vt huic athletæ pereat
suũ præmiũ. Tametsi mors frequẽter impetrat, quod
vita non potuit. Est enim efficax piorum hominũ oc
cubitus. Nõ hic repetã exempla priscorum, quæ sunt
innumera. Apud Anglos diuus Thomas, archiepisco
pus Cantuariensis, [redacted] libertatem Euãge
licam exeruit aduersus regem, cui pridem seruierat,
cuiusq;

cuius'qȝ fauore ceu lõgi seruitii mercedẽ acceperat eã dignitatem. Nõ agebatur de recõciliandis inter ipsos principibus. Quanqȝ illud sæculũ nec habebat vllos principes, quorum ditio tam late pateret, quàm horum, qui nunc tot annis inter sese conflictantes, cæteros etiam minores in belli cõtagium pertrahunt. Et tantum agebatur de secessu quodam, magis apto homini pio, quàm regi. Loco nomen est Ortfordia. Ne me quidem admodum cepisset hic locus, prius quàm R.D. Gulhelmus Vuaramus, archiepiscopus Cantuariensis, ac totius Angliæ primas, vir multis nominibus dignus, qui in laudatissimi viri dignitatem succederet: ibi sic ædificarat, vt magis videatur nouã structuram excitasse, quàm instaurasse veterem. Adeo nihil reliquit veteris ædificii, præter aulæ cuiusdam ac templi parietes. Itaqȝ ~~quam lenioribus de rebus esset contentus~~, quũ nihil non molitus esset vir ille pius, nihil tamen impetrauit viuus. Cæterũ mors illius tantã autoritatem conciliauit ordini sacerdotum apud eam gentem, tantas opes aggessit, vt nunc ob hęc graui laborent inuidia. Ioãnes ob linguæ libertatem decollatus est: sed nõ omnes sunt Herodes, nec omnes habẽt Herodiadẽ. Ambrosius episcopus Mediolanensis ausus est Theodosium Cæsarem ob crudelem ac præcipitatam in Thessalonicenses sententiam à templi limine secludere, post'qȝ sæuas obiurgationes, post indi-

ctam

ctam satisfactionem in pœnitentium classem relegare. Ac tanti principis maiestas cessit autoritati præsulis. Tentauit idem Babylas Antiochenus Episcopus aduersus regem innocentis homicidio pollutum. Et interfectus est, sed mortuus formidabilis esse cœpit nõ solum Ethnico Cæsari, verum etiam dæmonib9, qui tum adhuc pro diis colebantur. Ego vero sic mihi, rex optime, de Caroli Cęsaris, de tuo, de regis Angliç ingenio psuadeo, vt nõ dubitẽ vos omnes salubribus cõsiliis obtemperaturos fuisse iampridẽ, si quis monitor, modeste liber, & libere modestus extitisset. Atq; interim ingens vbique copia est istorum, qui principum animos instigent ad bellandum: nimirum hi, quorum commodis expedit res humanas esse perturbatas. Alius suggerit: ille te cõtemnit, ille hoc in te iecit, scomma, alius: Hanc partem si adieceris ditioni tuæ, facile quum voles adiicies & illam. O consultor inconsulte, quur suggeris quousque possint proferri ditionis limites potius, quàm in mentem reuocas, q̃ angustis terminis olim ditio, quæ nunc est, circũscribebatur? Quin admones, quib9 modis, quod adest, queat administrari recte potius quàm proferri? Proferendi limites nullus est finis. Ac vero verius est, qđ scripsit Seneca: Multi imperatores fines aliis abstulerunt, sibi nemo constituit. Cæterum in bene administrando vera principum laus est. Alexander Magnus,

vbi ventum esset ad Oceanū, desiderauit alterum orbem: videlicet illius ambitioni mūdus hic erat angustus. Hercules vltra Gades non est progressus. Nunc ambitioni nostræ nullæ sunt Gades, nullus Oceanus. Verū aduersus istorū pestiferas voces oportet animos Christianorum principum Christi decretis, velut antidotis, diligenter esse præmunitos, atq; ad Euangelicā regulam velut ad scopum, omnia dirigere consilia. Quæres forsitan, quur tibi occupatissimo tam prolixam occinam cantionem. Imò cunctis optarim hanc cantilenam esse decantatā, nec ob aliud, nisi quod me discruciat publica mundi calamitas: quódq; vehemēter cupiam, res Christianas vbiq; tranquilliores esse sed præcipue Gallias, qua ditione nescio an hactenus vlla fuerit vel sanctior, vel florentior. Quod si tumultus huiusmodi rarius existerent, veluti diluuia, terræ motus, aut bulimiæ, res esset tolerabilior. Nunc sine fine talibus dissidiis cōcutitur mūdus. Ac medici quidem corporum in nouis morbis exortis sagaciter inquirunt mali causas, quibus deprehensis, non ita magno negocio medentur. Nec hoc cōtenti, rationes excogitant, quibus fiat, ne pestis eadem subinde recrudescat. Quur in tantis totiesq; recurrentibus malis nō scrutantur homines prudentia ac rerum vsu pollentes, quibus ex fontibus hi tumultus subinde scateant in orbem, vt incisis radicibus liceat tantis mederi malis?

lis? Quur in rebus multo leuioribus tam sumus perspicaces, in re longe omnium grauissima cæcutientes? Mihi videtur maxima bellorum pars ex inanibus aliquot vocabulis, velut in alimoniam humanæ glorię excogitatis, oriri, quasi parum fuerit ambitionis inter mortales, nisi nouis titulis aleremus hoc malum, ex sese nimium gliscens in nobis. His atque huiusmodi bellorum radicibus excisis, non fuerit difficile leges pacis inter Christianos principes sancire, quæ prohiberent hos tumultus identidem repullulascere. Hac via fieret, vt & principum opes crescerent, videlicet per amicitiam iam factæ communes, & sub florentissimis monarchis populus Christianus amabili rerum tranquillitate frueretur. Sic faueret nobis ille verus totius orbis monarcha, dominus Iesus, resque nostras bene fortunaret. Sic essemus Christiani nominis hostibus formidabiles, aduersus quos nunc ægre tuemur nostra: tantum abest, vt illos longius submoueamus. Quanquàm ego malim & illos corrigi, quam submoueri. Sed & qui corrigant alios, sunt ipsi fermè illis penè dixerim corruptiores. Non enim eam æstimo Christianos ex articulis, quos ore profitemur, ex moribus æstimo. Vbicunque regnat ambitio, diuitiarum amor, superbia, ira, vindicta, nocendi libido, interpretor abesse fidem Euangelicam. Porrò quum hæc lues corripuerit etiam illos, quorum præ-

quae partes erant febris collapsae consolere, bona tamen quampiam spem mihi praebet, quod video iam foeminas literas, sed percipere nouum testamentum, sic [illegible] manibus [illegible], etiam idiotarum: vbi qui diuinorum voluminum scientiam profitentur, non [illegible] impares [illegible] congressae. Mihi vero vel illud argumento est, à plurimis legi noui testamẽti libros, quod quũ tot voluminum milia singulis annis in publicum emittant Typographi, tamẽ tot officinæ non sufficiũt emptorum auiditati. Vendibilis hodie merx est, quicquid molitur aliquis in Euangelium. Nõ poterit hoc pharmacum tam efficax semel haustũ, non exerere vim suam. Itaq; mihi nunc mũdus non aliter affectus videtur, quàm solet corpus hominis grauib9 morbis obnoxium, deuorato elleboro, aut alio quopiam præsenti pharmaco. Totum enim conturbatur & concutitur, sæpe morituro simillimum. Atq; vtinam hoc veratrum Euangelicum, posteaquàm semel collustrauit ac penetrauit omnes animi nostri venas, sic erumpat, vt eiectis malorum seminibus, sanos ac puros nos restituat Iesu Christo, postq; tantos rerũ tumultus, ac morbum orbis penè deploratum, lętam & optabilem tranquillitatem reducat omnibus. Magis autem sperarim hæc publica bonorũ omniũ vota non irrita fore, si primates orbis, veluti fidi medici, sic laboranti mundo curent adesse: hoc est, si monar-

narchę, de quorum arbitrio nunc potissimū pendent res mortaliū, meminerint sese breui (quid enī in hac vita longū est) Christo summo principi rationem ad ministratæ ditionis esse reddituros: Rursum si Episcopi, theologi, & monachi meminerint sese non successisse in locum Annæ & Caiaphæ, aut scribarū & pharisæorum, qui dum suum regnum impie tuebantur, Euangelii regnum conabantur opprimere: dum suam asserebant gloriam, Christi gloriam studebant sepelire: dum'q; suam iusticiam nitebantur approbare, deum faciebant iniustum: sed potius in locum apostolorum, qui sanguinis etiam sui iactura gaudebant asserere Christi regnū, gloriam ac iusticiam. Semel passus est Christus, reuixit, nunquàm moriturus. Sed eadem quę passus est, denuo patitur, quoties damnatur, conspuitur, cæditur, crucifigitur, & sepelitur Euangelica veritas. Denique sibi putat infligi, quicquid malorum infligitur membris ipsius. Hæc & liberius fortassis & prolixius à me dicta sunt, rex Christianissime, quàm par erat: verum amoris magnitudo fecit, vt & loquacior essem & confidentior. Omnibus christianis bene volo Christianus. Cæterū erga tuam maiestatem ac florentissimum Galliarum regnum singulari quodam ducor studio. Precor autem vt Iesus, immortalis toti9 orbis monarcha, cui diuinitus data est omnis potestas in cœlo & in terra, spiritum suum im

partiat tum populis, tum principibus: his quidem vt omnes inter sese sub communi principe Iesu con corditer, ac perinde fœliciter viuant: illis vero, vt sub sanctissimis ac florentissimis monarchis rebus paca/tis fruantur: itaque demum fiat, vt Euangelica pie/tas inter nos bene constituta, quàm latissime propa getur, non inuadendis aut diripiendis aliorum regio nibus, sic enim pauperiores redduntur, non melio/res: sed Euangelica philosophia synceriter per viros Euangelico spiritu præditos vbique prædicanda: at/que ita viuendo, vt nostræ pietatis fragrantia plu/rimos alliciat ad eiusdem instituti professionem. Sic nata est, sic creuit, sic late prolata est, sic constabili/ta est Euangelica ditio: diuersis autem rationibus sic nunc in angustum contractam, ac propemodum ex plosam videmus, si totius orbis vastitatem conside/res. Iisdem itaque præsidiis oportet restituere colla/psam, dilatare contractam, constabilire vacillantem, quibus primum & nata est, & aucta, & confirmata. Hæc affectu puro scribo Francisce rex Christianissi/me, neque perstringens quenquam, quum omnibus bene velim: neque blandiens cuiquam, quum à nul lo quicquam ambiam. Bene vale. Anno. M. D. XXIII. Calendas Decembris.

VITA SANCTI MARCI PER DIVVM HIERONYMVM.

MARCVS discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus, breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua autoritate ædidit: sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et Papias Hierosolymitanus Episcopus meminit huius Marci: & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis figuraliter Romam significans: Salutat vos quæ in Babylone cum electa, & Marcus filius meus. Assumpto itaq; Euangelio quod ipse confecerat, perrexit Aegyptum, & primus Alexandriæ Christum annuncians, constituit ecclesiam, tantæ doctrinæ & vitæ continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplū sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorū, videns Alexandriæ primā ecclesiam adhuc Iudaizantē, quasi in laudem gentis suæ librum super eorū conuersatione scripsit: & quomodo Lucas narrat, Hierosolymæ credentes omnia habuisse cōmunia: sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ, succedente sibi Aniano.

IGITVR quum Romanæ vrbi clarum verbi dei lumē fuiſſet exortum, Simonis quidē tenebræ cum ſuo autore reſtinctę ſunt, ſermo autē veritatis & lucis, qui per Petrū prędicabať, vniuerſoꝝ mētes placido illuſtrauit auditu, ita vt quotidie audiētibus eum, nulla vnquā ſatietas fieret. Vnde neq; auditio eis ſola ſuffecit: ſed Marcū diſcipulū eius omnibꝰ precibus exorāt, vti ea quæ ille verbo prędicabat, ad perpetuā eorum cōmonitionē habendā, ſcripturæ traderet, quo domi, foriſq; in huiuſcemodi verbi meditationibus permanerēt. Nec prius ab obſecrādo deſiſtunt, quàm quę orauerāt, impetrarent. Et hæc fuit cauſa ſcribendi, quod ſecundū Marcū dicitur Euāgeliū. Petrus vero, vt per ſpiritū ſanctum religioſo ſe ſpoliatū comperit furto, delectatus eſt, fidem eoꝝ per hæc, deuotionemq; cōſiderans, factumq; cōfirmauit, & in perpetuū legendā ſcripturā eccleſiis tradidit. Clemēs in ſexto Diſpoſitionū libro, hæc ita geſta eſſe, deſcribit. Cuiq; ſimile dat teſtimoniū etiam Hierapolites epiſcopus nomine Papias, qui & hoc dicit, qđ Petrus in prima epiſtola ſua, quam de vrbe Roma ſcripſit, meminerit Marci, in qua tropice Romā Babyloniam nominarit, cum dicit: Salutat vos ea quæ in Babylone eſt electa eccleſia, & Marcus filius meus.

Hūc autē Marcū tradunt primū ad Aegyptum per

rexisse, atque inibi Euangelium quod ipse conscripse rat prædicasse, & ipsum primum ecclesiam apud Alexandriam constituisse. Tanta autem refertur multitudo credentium virorum ac mulierum, primo ingressu, exemplo sobrietatis eius & continentiæ congregata, vt etiam conuersatio eorum qui per ipsum crediderant, & vita totius abstinentiæ, ac frugi eorum, sobriáque conuiuia, librorum memoriæ mandarētur à viro disertissimo Philone, quem sermo tenet temporibus Claudii Impera. Romam venisse, & Petrū apostolum vidisse, atque eius adhæsisse colloquiis, verbum dei prædicantis. Quod valde est verisimile: quia & scripturam istam quam diximus, posterioribus ab eo temporibus constat esse compositam. In qua euidentissime omnia ecclesiæ instituta complectitur, quę & tunc tradita sunt, & in hodiernum seruantur à nobis. Sed & abstinentium vitas, eorum duntaxat, qui nunc in ecclesiis vel monasteriis degunt, describit ad liquidum. Vnde planè manifestissime proditur, non solum sciens quæ nostra sunt, sed & amplectens: quippe qui diuinis laudibus extulit sui temporis apostolicos viros, ex Hebræorum (quantum intelligi datur) præcipue genere credentes: quoniam quidem cōstat, quod hi qui sub apostolis ex Israelitis crédebant, Iudaicis adhuc institutionibus, & legis obseruationibus inhærebant.

IN EVANGELIVM MARCI PARAPHRASIS PER D. ERASMVM ROTERODAMVM

CAP. I.

Initiũ Euãgelii Iesu Christi

CVNCTIS mortalibus insitum est, vt felicitatem expectant. Hãc multi mũdana quadam sapientia præpollentes, alii proditis legibus, alii traditis pręceptis recte viuẽdi hactenus polliciti sunt. Sed quoniam homines erant, non valuerunt præstare, quod pollicebantur. Nec enim nouerãt, quæ nam esset vera hominis felicitas, aut quibus in rebus sita. Proinde factum est, vt pro vera felicitate fallacem quandam felicitatis imaginem sint amplexi, & errorẽ suũ in alios transfuderint, falsi simul & fallentes. Attulerunt igitur & legum conditores & philosophi, quoddam Euangelium suum, sed partim vanum & fallax, partim dilutum & inefficax. Certius autẽ ac solidius Euangelium proditum est à Mose & prophetis, sed vni duntaxat genti, proq; temporis ratione figuris & vmbris inuolutum, præparans tantum ad cognitionẽ

gnitionem veritatis: nec satis efficax ad præstandam perfectam salutẽ, sed ad hanc tamen gradibus aliquot prouehens, videlicet diuina sapientia naturam ipsam referente, quæ nos à rerum visibilium cognitione, veluti manu ducit ad cognitionem inuisibilium. Et ta[illegible] [illegible] Euangelium [illegible] habet terroris, quàm lætæ promissionis: magisque prodidit [illegible] [illegible], quàm [illegible] dei potentiæ magis ingessit [illegible] hominum, quàm clementiam ac bonitatem commendat [illegible] potius, quàm amorem inferens. Quid enim superest, nisi posteaquàm per legem didicerant se peccatis obnoxios: non posse ab his temperare, simulque scirent dei seueri vindicis, iudicium nequaquam posse effugere, nisi et trepidarent, horrerent, ac desperarent? Quis autem amare potest quem horret? Porrò terror diuinæ iusticiæ, quãquàm est nõnunquàm initium salutis, quemadmodum amarum pharmacum totum hominis corpus concutiẽs, initium est sanitatis, tamen non absoluit hominis felicitatem. Gratia & beneficentia cõciliat amorẽ. Amor erga deum reddit felicem. Posteaquàm igitur vniuersus mũdus vtcunque præparatus esset oraculis prophetarum, ac Mosi præceptis simul & figuris, his nouissimis temporibus proditũ est illud vere lætum, & omnibus amplectendum Euangelium, quod non Iudæis modo, verum etiam vniuersis mundi nationibus vltro Iesu Christi

tro defert abolitionē omnium peccatorū: & ne quis dubitet de fide promissi, deus est autor, nō homo qui spiam. Nec huius legatus est Moses, aut prophetarū aliquis, sed ipse filius dei Iesus Christus, qui nostrę salutis causa profectus ē cœlis nostram carnem mortalem induit, vt innocēs per crucē ac mortē suam, innocentiā ac vitā gratis cōferret omnibus: qui credentes ipsius promissis, spē omnē in eo collocarent. Deus enim natura clemēs ac beneficus, voluit hoc pacto declarare summā & inęstimabilē benignitatē suā erga genus humanū, qua maior nec possit optari, nec debeat expectari. Honoratiorē legatū mittere nō potuit, quàm filium suum vnigenitū: maiorē benignitatē exprome re nō potuit, quàm vt per solā fidem, omnib9 omnia peccata, quamlibet multa, quamlibet atrocia cōdonaret gratis: ac per spiritū suum eos, qui ante erant serui diaboli, adoptaret in cōsortium filii sui, per quem nobis donauit omnia quę in cœlis & quę in terris. Hoc nuncio quoniā nihil potuit esse lętius, optimo iure dicitur Euangeliū, ne rursus timeatis iugum legis Mosaicæ. Porrò Euangelicā historiam quidam altius repetere maluerūt, videlicet à natiuitate Iesu Christi: mihi cōpēdii studio satis visum est exordiri à prędicatione Ioannis Baptistę. Is enim non fortuito, sed diuina dispensatione vt lucifer solem, ita Christi prædicationē antecessit, Iudæorū animos excitaturus in expectationem

Sicut scriptū est.

nem

nem mox venturi Messiæ: digitoq́ȝ demõstraturus veniente, quem prophetę tot retro seculis venturũ prædixerãt. Nam prophetæ, qui vaticinati sunt de vẽturo Christo, iidem vaticinati sunt de Ioanne Christi ante ambulone. Sic enim apud fatidicũ Micheã deus pater loquitur filio suo: Ecce mitto peculiarẽ & electũ nunciũ meum ante cõspectum tuum, qui tibi mox venturo ad prędicãdi Euangelii munus prępaiaturus est viam. Similiter ait Esaias, Ioannis prædicationẽ designans: Vox clamãtis in deserto, parate viam domini, rectas facite semitas eius. Sic nimirũ ante medici aduẽtum admonetur ęgrotus, vt agnoscens morbũ, medicum venientẽ reuerenter excipiat, seséq́ȝ illi morigerũ ac dicto audientẽ præbeat. Quum igitur instaret tempus, vt Iesus Christus dei filius, qui eatenus nondũ innotuerat mundo, auspicaretur hoc munus, cuius gratia missus erat è cœlis in terras: Ioães, iuxta prophetarum oracula, præcursorem agebat, aqua tingens in deserto: non quod ipse ablueret peccata, sed quod suo baptismo inuitaret ad pœnitentiam vitæ superioris, vt morbum suum agnoscentes, desiderarent eius aduentũ, qui solus baptizat spiritu & igni: per fiduciã in ipsum semel tollẽs omnia peccata, atq́ȝ ex sese velut è fonte, cœlestẽ inserẽs gratiam animis hominũ: gratis liberãs ab iniustitia, gratis conferens iustitiã: gratuito liberãs à morte, gratuito donãs vitã æternã. Hæc dei benigni

benignitas quo maior eſt, hoc grauioribus ſuppliciis punietur, qui eam oblatam fuerint aſpernati. Id ne fieret, pręceſſit Ioannes, qui ſuo carnali baptiſmo prępararet om̃es ad ſpirituale baptiſma Chriſti: qui adhortans, ac metu territans, adduceret eos ad reſipiſcẽtiam & odium vitæ prioris: qui præmoneret in proximo eſſe Meſſiã, ac regnum dei. Non erat ille lux, quæ illuminaret omnem hominẽ venietem in hunc mũdum, ſed erat nuncius lucis mox exoriturę: non erat ille medicus, qui tolleret peccata, daretq́ ſanitatẽ, verũ ingeſta cunctis periculi magnitudine, horrorẽ incuſſit animis omniũ: ac prędicans in proximo eſſe, qui ſolus liberaret à peccatis, excitauit omniũ mentes ad deſiderium ſalutis æternæ. Non erat ille ſponſus, ſed anteambulo ſponſi, qui cunctos expergefaceret, vt venieti occurrerent. Non erat ille verbũ dei, ſed vox pręnuncia verbi mox proferendi. Lex Moſi terrorem habebat, adeo vt filii Iſrael nõ ferrent vocem dei loquentis ad ipſos. Ioannes confiniũ legis & gratiæ, veluti mi[illegible]us ex vtroq́, hoc habebat vetuſtę legis, quod exitiũ minitabatur omnibus, ni mature reſipiſcerent: hoc habebat nouæ legis, quod nõ vocabat ad victimas aut holocauſtomata: [redacted]: ſed ad baptiſmũ, ac pœnitudinẽ vitę prioris: quodq́ nũciabat iã adeſſe clementiſſimũ illum Meſſiã, qui gratis omnibus condonaret omnia peccata, fiduciã omnẽ in ipſo collocãtibus.

tibus. Lex prior prodita est in deserto:indidē profertur & nouę legis exordiū. Omnia relinquat oportet, qui velit esse dignus Euāgelica gratia, quæ cōpendio largitur omnia. In vrbibus sunt opes, delicię, voluptates, ambitio, fastus. Sed præ cæteris Hierosolyma habebat tēplum q̄ superbiat: habebat carnales victimas, quibus fidebat: habebat festos dies, sabbatismos, delectū ciborū, aliasq́ꝫ ceremonias, in quibus collocabat iustitiam: habebat sacerdotū supercilium, pharisæoꝶ hypocrisin. Verum ab omniū harum rerum fiducia semet excutiat oportet, quisqs ambit baptismū Euāgelicum. Relinquēda Iudęa tota cum sua Hierosolyma, cum suo templo, cum suis victimis, cum suo sacerdotio, cū suo pharisaismo: emigrandū in desertū, vbi lætissimū accipias nunciū, mox venturi seruatoris. Nec frustra fuit clamor Ioānis: siquidē ad hui⁹ prędicationem territi cōplures, relictis sedibus suis, properabāt ad Iordanē: nō tantum ex omni Iudęę regione, verū etiam ex ipsis Hierosolymis. Confluebat autē promiscua turba militū, publicanorū: aliquot etiā pharisæi. Quotquot autē veniebant, citra personę delectū, recipiebātur à Ioanne, docebātur: ac sibi displicētes, cōfitentesq́ꝫ peccata sua, baptizabat: velut imagine quadā præludēs ad ordinē Euangelicū. Primū enim munus est docere. Ex doctrina dū catechumen⁹ incipit & suā turpitudinē agnoscere, & dei bonitatē, tot⁹ sibi displicet:

Fuit Ioannes ī deserto.

Cōfitētes peccata sua

cet: atq; intelligēs nulla alia in re paratā salutis spem, ad dei gratuitā beneficentiā cōfugit. Magnꝰ ad sanitatem gradus est, hominē agnoscere morbū suū: ingēs ad lucē ꝑfectꝰ est, agnoscere tenebras suas. Multū promouit ad vitæ puritatē, qui suā horret impuritatē. Ioānis prędicatio adūbrat catechismū Euāgelicū: Ioānis baptisma representat baptismū christi. Ioānis in quibuslibet recipiēdis facilitas loquit̄, vt quemadmodū oēs egent gr̄a Euāgelica, ita neminē ab ea submouendū, cuiuscūq; gētis aut ordinis sit. Habebāt pharisæi lotiones suas: abluebāt manꝰ sumpturi cibū: abluebant corpus ē foro domū reuersi: subinde lauabant pocula, patinas, sellas, lectos, reliquam'q; domꝰ supellectilē, quasi vel in huiusmodi rebꝰ sita sit puritas, quam amat in nobis deꝰ: aut quasi pharisæorꝝ aquula possit hoiem in oculis dei puriorē reddere. Nō reddūt puriorē tales baptismi, sed arrogantiorē. Fœlices, qui relictis Mosaicis ac pharisaicis lotionibꝰ, ꝑperāt ad lauacra Iordanis. Iordanis enī sonat Hebræis, fluuiū iudicii. Nā iudicatur à dn̄o, qui seipm̄ iudicat. Hic est ille purificator fluuiꝰ, scatēs ē duobꝰ fontibꝰ, agnitione ꝓpriæ iniusticiæ, & recordatiōe bonitatis diuinę. Hic est ille baptismꝰ pœnitētię, flumē lachrymarū, ex intimis cordis venis aquas emittēs amaras, sed acrimonia nitri abstergens oēs animæ maculas. Habēt & pharisæi suā confessionē, sed arrogantem: Ieiuno bis in sabba

sabbato: decimas omniū bonorū do pauperibus: & nō sum sicut cæteri hoīes. Iudæi aliena peccata cōfitētur, nō sua. Porrò qui se præparāt ad baptismū Euāgelicū, nec sua benefacta norūt, neç aliena mala cōmemorāt, sed sua quisq; peccata cōfitētur. Propria benefacta cōmemorare, arrogātiæ est: aliena mala referre, liuoris est & maleuolentiæ. Propriā maliciā agnoscere, est dei bonitatē glorificare. Ioānes aūt, qui sic priorē Christi aduētū pūenit, quēadmodū Helias postremū aduētū præuētur⁹ est, iuxta vaticiniū Malachiæ, quo magis Heliā referret, viuebat ī deserto, fugitās vndiq; cōtaminatā hoīm cōsuetudinē: vestiebat nō sericis aut laneis, sed veste cōtexta ex pilis camelorū, lumbos habēs zona pellicea cinctos & astrictos, ante ꝓditū Euāgeliū Euāgelicū quiddā exprimens: neq; nō respōdebat victus loco & cultui. Victus erat parabilis, & quē ipse loc⁹ vltro suppeditabat, locustæ & mel syluestre: & hic ꝓstitit plus præco christi, q̄ lex Mosaica requirebat. Siqdē illa distinxit animātiū genera: hic in totū ab esu quadrupedū, volucrū & pisciū abstinebat iniussus. Illa ꝓhibet vti veste è lana linoq; cōtexta: hic sibi & lini & lanæ vsum interdixit. Talis nimirū vita decebat pœnitētię præconē: q tametsi sanctificat⁹ est in vtero matris, tamē austerā vitā agebat, ne parū haberet pōderis prędicatio, si mores doctrinæ nō respōdissent. Atq; his reb⁹ tantā & autoritatē & gloriam sibi pepe- Venit fortior post me

pepererat apud Iudęos, vt plerıq́ꝫ suspicaretur eū esse Messiā. Ille vero tametsi vir esset deo gratissim⁹, pluri misq́ꝫ diuinis dotib⁹ præditus: tamē intelligens quā tum scelus esset, hominē sibi vindicare gloriā dei, aut hoīem in homīe salutis præsidiū collocare, palā apud oēs prędicabat, dicēs: Nō sum is, quē vos me esse su spicamini. Humilis ac diluta est mea doctrina, me⁹ ba ptism⁹ inefficax est. Ipse nihil aliud sum quàm homo vobis similis nat⁹ in peccatis: nec aliud sum, q̄ꝫ nūci⁹ eius, qui mox venturus est, vt omnib⁹ cōferat salutē. Tēpore quidē me posterior est, & iuxta humanā æsti mationem minus habet autoritatis: sed adeo me præ cellit virtute cœlesti, vt ego, quē vos suspicitis, nō sim dignus, qui illi infimi mancipii ministeriū exhibeam: ac procūbens humi, soluā corrigiam calciamentorū eius. Ille vobis est suspiciēdus, ille studiis omīb⁹ expe tendus. Ego p̄dico terrena, ille docebit cœlestia. Ego hactenus baptizaui vos iuxta corpus aqua, præparās animos vestros ad pœnitentiā. Ille vbi prodierit, ba ptizabit vos spiritu sancto, cui⁹ occulta vis sanctificat omnia. Etenim quemadmodū nullus hominū ex sese habet iustitiam, ita nulli potest conferre. Maior homi ne sit oportet, qui hoc præstet, qđ est soli⁹ dei. Agno scite discrimē inter indignū famulū & dn̄m, inter mi nistrū & autorē, inter præconē & regē. Posteaq̄ꝫ Ioā nes huiusmodi verbis animos multorū excitasset ad expe-

Et factū est i dieb⁹ illis.

expectationem vēturi Messiæ, cōmodū ac suo tempo re prodiit Iesus, relicta Nazareth viculo Galilææ, vbi quod esset educatus, ac diu versatus, etiam natus existi mabatur. Hæc videlicet est natura rerū Euangelicarū, ex minimis initiis paulatim ad summa proficere: quū cōtra mūdi Satanæq́ molimina, à magnificis initiis exorta, subito ad ima præcipitētur. Sic Lucifer, dū cō stituit sedē in Aquilone, meditās æqualitatē cū altissi mo, repēte præceps datus est in tartara. Sic Adam, dū huius instinctu affectat æqualitatē cū deo, è paradiso exactus est. Hic igitur si cogites iesu magnitudinē, ma gis admiraberis modestiā. Prodiit ab humili viculo, à Galilæa contēptissima Iudaicæ gētis regione. Prodiit autē humilis nullo comitatu, vt quiuis è plebe, inter peccatores, milites, meretrices, & publicanos: ad baptis mum pœnitentiæ venit, ille purificās om̄ia. Nō erat il li satis circūcisum fuisse iuxta legis præscriptū, purifi catū fuisse iuxta Mosi traditionē: Ioānis quoq́ baptis mum ambiit, nos interim erudiēs ac docēs, ei, qui se paret ad Euāgelici doctoris munꝰ, nihil omittedū, qđ pertineat ad aliquē gradū pietatis: nihil nō fugiendū, qđ offendiculū præbeat infirmis. Docuit hoc Ioan nes, nō esse cōciliandā autoritatē doctori, splēdore ve stiū, aut strepitu vitæ, sed integritate morū. Sed perfe ctius & à Iudaismo longius erat, qđ exhibuit christus, qui [illegible] nihil differēs à cæteris, tamē innocē

C tia

tia,mãſuetudine,beneficẽtia in omnes,Ioãnis autori-
tatẽ obſcurauit.Perfectius enĩ eſt,quod præſtat Euan
gelii gratia,quàm qđ legis auſteritas. Totũ autẽ dñi
Ieſu conſiliũ in hoc fuit,vt ipſum mũdus agnoſceret
vnicũ eſſe ſalutis autorẽ, vt nobis Euãgelicæ veræq;
pietatis formã exprimeret,& de præteritis propheta-
rum ac Moſi fidẽ cõfirmaret : ac de futuris velut arra
bone dato,certã faceret expectationẽ.Libẽtius enĩ il-
li credimus,de quo magnifice ſentim9,& in quẽ mul
torũ teſtimonia cõſentiunt. Procuratũ eſt igitur diui
no cõſilio, vt vndiquaq; teſtimoniũ ferret dñs Ieſus,
totius legis,prophetarũ omniũ,angelorũ,paſtorum,
Magorũ,ſcribarũ,Simeonis & Annæ,Ioãnis bapti-
ſtæ,patris,ſpiritus ſancti,deniq; Pilati & dęmonũ,mi
raculis etiã ipſis filiũ dei clamãtibus.Multa vero geſ-
ſit,nõ quod ipſe talibus egeret, ſed vt nobis in ſeipſo
vitæ formam exprimeret : videlicet ieiunãs,tentatus,
orans frequenter,ad baptiſmum veniens, obediẽs pa
rentibus,patienter tolerans iniurias,poſtremo ad cru
cem veniens.Multa præſtitit,quę fuerant prophetarũ
oraculis prædicta,ne quid addubitarent de promiſſis
in poſterum exhibendis : veluti quũ in baptiſmo co
lumbã accipit vertici inſidentẽ : quũ reſurgit à mor-
te.Venit igitur ad Ioannẽ veluti pœnitẽs,ambiit ba-
ptiſmum,& impetrauit.Baptizatus eſt in Iordane, in
quo baptizabãtur & coriarii,& publicani,& milites,
quo

quo nō aliud hominū genus inquinatius. Nō erube
scit hic principū hui⁹ mūdi sup̄bia, q̄ nihil vult habe
re cum populo cōmune? Nemo regū, nemo sacerdo
tum venit ad baptismū: & si libuisset baptizari, vix
aureo gēmeoue labro dignarētur baptizari. Ille fons
omnis puritatis: ille rex regū, & dn̄s dominatiū, nō
fastidiuit cōmune cū populo lauacrū: sed quisquis sese
deiicit apud hoīes, is attollitur apud deū. Vt vn⁹ qui
libet ē populo baptizatus est Iesus, sed patet cœlestis
insigni & inaudito signo secreuit eū à reliquis. Etenī
simulatq; Iesus relicto Iordane, quē sui sacri corpo-
ris cōtactu cōsecrarat, sese recepisset in terrā: dum intē
tus est precatiōi, Ioānes vidit diffindi cœlos, atq; in-
de spiritū sanctū deuolare in sacrū verticem dn̄i, atq;
inibi cōmorari. Adæ superbia, paradisum nobis clau
serat: Christi modestia, pro paradiso cœlū nobis ape
ruit. Visibile signū exhibitū est oculis, sed quo doce-
remur, quales animos amaret spiritus ille cœlestis, &
quales redderet. Satanę mūdiq; spiritus reddit & amat
animos elatos, tumidos, feroces: at spirit⁹ ille cœlestis
amat modestos, mites, ac trāquillos. Nihil enī colūba
simplicius, aut à pugna raptuq; alienius. Expressum
est in dn̄o corporali typo, quid fiat spiritualiter in om
nib⁹, qui syncera fide suscipiūt baptismū Euāgelicū.
Corpus aqua tingit̄, sed mens inuisibili gratia perū
gitur. Porrò q̄d in vertice dn̄i colūba permāsit, desi-

gnabat: cæteris quidem piis,pro modo fidei dari spiritum sanctū,prout rerū præsens vsus postularit:cæterum in Iesu perēnis erat fons omnis gratiæ cœlestis. Neq; enim colūba tum deferebat ad illū nouā gratiā, sed plenitudinē in eo gratiæ declarabat: & vnde nobis omnis gratia manaret,ostēdit.Hoc tam euidēti signo,qđ acceperat à patre,cōfirmatus Ioānes,nō dubitauit illū pronūciare filiū dei.Graue erat apud Iudæos Ioānis de Christo testimoniū: sed lōge grauius testimoniū ipsius patris,cui⁹ vox ē cœlis insonuit, dicēs:Tu es ille fili⁹ meus vnice charus, in quo sibi placet anim⁹ meus.Gaudiū em̄ patris,fili⁹ sapiēs. Nō est ignauus aut lāguidus spiritus ille cœlestis, igneus est: ac statim vim suā exerit,vbi semel corripuerit animū hoīs: segnis ac lētus est spiritus humanus,neq; quicquā cogitat,nisi terrena & humilia. Cæterū in quib⁹ iam mortificatus est spiritus carnis, & agūtur spiritu dei,mox ad fortia sublimiaq; grassantur,ad certamen cum immūdo spiritu,quē nō dubitant in se prouocare: nimirū freti præsidio spiritus cœlestis,qui fortior est om̄ib⁹ qui repugnant Euāgelio. Iesus igitur in se exprimēs, qd à nobis fieri vellet, statim à baptismo spiritus vigore actus est in desertū.Illic cōmoratus est quadraginta dies,ac noctes totidē,pseuerans in precationib⁹ ac ieiunio: atq; interim tentabatur à Satana, quē fractū,nobis deuincendū tradidit, viam etiā vin-

cēdi

cendi cõmonstrãs. Vincitur em̃ spiritu Christi, vinci tur assiduis precationib⁹, vincitur ꝑpetua vitæ sobrie tate, vincitur armis scripturæ diuinæ. Interim abstine bat omni solatio mortaliũ, viuens inter bestias. Nihil erat illi periculi à turba hominũ, sed cõmõstrauit no uo militi, necessariã esse fugã ꝑmiscuæ multitudinis, donec domita carne, ac deuicto Satana, meditatione diuinæ legis, ac puris deprecationib⁹ spiritus robur iustũ collegerit. Nõnullis em̃ tuti⁹ est versari inter be stias cũ Christo, quàm inter homines bestiis nocẽtio res. Versabatur dñs inter bestias, sed destituto mini/sterio hoim, aderant angeli, & ministrabãt ei. Qui reii ciunt om̃es huius mũdi voluptates, his adsunt solatia cœlestia. Nobis baptizatus est Christus, nobis depre catus est, nobis testimonio spiritus & patris insignit⁹ est, nobis secessit, nobis ieiunauit, nobis tẽtatus est, no bis vicit. Hic mihi cõsidera christiane miles, tuæ ꝑfe/ctionis ordinẽ. Catechismus inducit odiũ vitæ prio/ris, ac spem purgationis. His ducib⁹ curris ad Iorda/nem, illic per fidẽ in Christũ deponis maculas omniũ criminũ. Mox ad preces tuas & ecclesię, datur è cœlis nouus spiritus, per eũ ascisceris in numerũ filiorũ dei, nimirũ insitus corpori Iesu Christi, qui est caput ec/clesiæ. Interim non oportet militem esse securũ. Dedi sti nomẽ Christi imperatori, renũciasti diabolo: acce pisti autoramentũ ac donatiuũ, velut arrabonem tui

salarii, spiritum sanctum, ad palmā oportet cōtēdere. Ea nō contingit oscitanti, arma capessas oportet, ne te hostis, qui nusquam nō insidiat, incautū atq; inermē opprimat. Oppugnabit ilico mundus, oppugnabit Satanas, oppugnabit te caro tua: semp pugnandū est, vt semp vincas. Neq; enim prius erit finis pugnę quàm vitę: sed tū quo sæpius hostē tuū viceris, hoc & ille discedet à conflictu debilior, & tu robustior. Hic vbi gnauiter te gesseris, tum demū ad Euāgelii prędicādi munus accingere, si mō huc te ꝓpellit spiritus dei. Dn̄s Iesus idoneus erat Euāgelicę p̄dicationi, quo nō aliud munus pfectius. et tū, quū admodū esset puer, sed nobis exēplar in sese parauit, nō eē statim ac temere ad tā sacrā functionē ꝓrumpendū. Habebat lex Mosi tēpus suū: erat tempus, quo paulatim exoriēte luce veritatis Euāgelicę, legis vmbras oporteret euanescere: & ꝓferēte sese spūs vigore, caro cederet. Quēadmodū aūt in trāsformationibus rerū naturaliū, quo cōmodior sit transmutatio, miscet aliqd in medio, quod affinitatē habeat cū vtroq;. Ioānes inter legē Mosi carnalē, & legē Euāgelicā spiritualē medius interuenit, quo facilius homines à carne ad spiritum trāsfigurarent. Neq; enim subito è terra fit aer, sed intercedit aqua media, q̄ paulatim extenuat in liquidius elemētū. Itaq; quamdiu florebat Ioannis p̄dicatio, qui ex parte legis personam sustinebat (nā & lex

Postq̄ aūt traditus ē Ioānes.

lex aliquo modo perducit ad Christũ) dñs Iesus, ne cui videretur æmulationē cū Ioanne suscipere, aut ne legē quā venerat absoluturus, abrogare videret: nec palā pdicabat, nec miraculis, nisi paucis virtutē suā exerebat: nec discipulos colligebat, q̃ potiꝰ fecerat ut Ioannis discipulũ ageret nos docēs, nō posse quē quam recte magistrū agere, nisi qui se prius obsequē tē discipulū pbuisset. Cæterum posteaquàm ob linguæ libertatē Ioānes eēt cōiectus in carcerē, Christus illi veluti successit. Prius enim eē cōuenit, quod ē carnale: posterius, quod est spirituale. Antecedit, qđ īperfectum est: succedit, quod est pfectū. Gratia naturam imitať. Frumētū prius in herba est, quàm in spica: & infantiæ succedit ætas robustior. Tēdunt ad suū finē legis ceremoniæ, quæ tñ Christū vtcūq; deliniarant: emicat Euāgelica lux, cuiꝰ vnicus autor ē Iesus Christus. Is primū pdit in Galilæā: nā à parte Iudææ cōtēptissima placuit auspicari lucis huiꝰ exortū. Nō merebať hoc honoris superba Hierosolyma: q̃ quū eēt cæca, sibi videbať oculata, & ob hoc ipsum magis insanabilis. Cæterū in hisce rebus haudquaquā fortuito gestis, subest arcana quędā rerum gerendarū significatio. Quid enim nobis designat Ioannes inclusus carceri? Nimirum obscurandam esse legem Mosaicam, ad exortum clarissimæ lucis Euangelicæ. Quid Ioannes alligatus? Nempe astringendum esse,

quod erat carnale legis, & Euãgelica gratia laxandã es se libertatem. Quid Ioãnes decollatus? Videlicet iam adesse verũ caput totius ecclesiæ, ex omnibus orbis nationib9 cõgregandæ. Quid autẽ Iesus prædicãs in Galilæa regnum dei? Haud dubiè præludit Euãgelii gratiam ab impiè religiosis Iudæis, qui vetus illud ca put, qđ per Euangeliũ erat recisum, amplectebãtur: & Christũ totius etiã legis caput aspernabãtur, ad gẽtes demigraturã. Nã Galilæa syris transmigrationẽ sonat. Antea latebat gratia, regnabant ceremoniæ: nũc illis submotis, prodit in publicũ Iesus, efficax Euãgelicæ gratiæ tum autor, tum præco. Itaq; iuxta sensum my sticũ, quicunq; volũt audire Christũ prædicantem, à pristinis ritibus & cupiditatib9 demigrẽt oportet, vt nouę cœlestisq; doctrinę possint esse capaces. Abiiciat Iudæus sanctimoniæ persuasionẽ: abiiciat pharisæus superciliũ ex operum fiducia sumptũ: abiiciant pon tifices, templi & victimarum gloriam: abiiciant phi losophi humanæ sapientiæ inania præsidia: abiiciant reges ac tyranni stultissimam confidentiam, quam in suis opib9 ponũt: abiiciãt oĩes gẽtes impios ritus, turpes cupiditates, & audiant nouũ prædicatorem Ie sum, non humana docentẽ, sed cœlestia. Loquitur ex æquo oĩb9, audiant pariter oĩes. Est aũt operępre ciũ considerare, quib9 modis auspicetur doctrinã suã. Huius mũdi philosophi primũ ea obiiciunt auditori bus,

bus, nō quæ sunt vtilissima, sed quę ipsis concilient admirationē nō vulgaris sapientię: cū primis illud captantes ad gloriam, vt ab aliis magni nominis doctoribus dissentiāt. Dominus Iesus, nec legis autoritatē voluit antiquare, sed nō intellectā interpretatꝰ: & pficit potius, quā destruit: nec Ioānis doctrinā, licet imperfectā, refellit: sed ab iisdem exordiis auspicatus est suā prædicationem, quibus ille cœperat. Diceres eē Ioannis discipulū, q erat magister & autor omniū. Quid aūt pdicat? quid clamat sermo patris æterni? Lege naturæ, quā deus inscripserat cordibꝰ omniū mortaliū, abusi sunt. Philosophorū sapientia reddidit mundum stultiorē quàm fuerat. Gētiū religio hactenus summa fuit impietas. ~~Lex Mosi suis umbris, [illegible] ac ter[illegible] [illegible] hypocritas~~. Lex figuris suis innuit, pphetæ suis oraculis pdixerūt venturū, qui perfectā salutē offerret oībus gentibus. Ad hanc pmissionē quoniā diu dilata est, mūdus velut obsurduerat: sed nō est oblitus dominus promissi sui. Tēpus quod ille huic negocio præfinierat, iam expletum est: nō est quod post hac expectetis figuras alias, aut ænigmata legis: non est quod expectetis nouos prophetas, ecce iam adest regnū dei. Pro vmbris emicabit veritas: p carne succedet spiritus: pro ceremoniis corporalibꝰ regnabit vera pietas: pro regno Satanæ proferet se regnū dei. Non est quod cunctemini: nō est quod quisquam ad

Impletū est tēpus.

suę

suæ iustitiæ pręsidia respectet. Ad Mosaicę legis æsti
mationē fortasse aliqui iusti sunt: ad Euāgelicæ legis
exactionē peccatores sunt oēs homines. Nec ē tñ qđ
desperetis: agnoscite morbum, & accipite remedium:
tm̄ pœniteat vos vitæ superioris, & credite Euāgelio.
Offertur lętus & optabilis nūcius, gratuita cōdona-
tio omniū peccatorū. Nil opus est holocaustomatis,
tm̄ agnoscite vestrā iniustitiā, & cōfidite dei iusticię:
qui quod per Euangeliū pollicet, haud dubie p̄sti-
turus est. [illegible], quisquis crediderit
Et præteriens. promiserit. Huiusmodi sermonib⁹ quū dn̄s Iesus exci-
tasset animos Iudæorū ad philosophiā Euāgelicam,
cœpit & ipse Ioānis exemplo discipulos aliquot col
ligere, sed paucos, eosq̀ rudes & humiles: vt p hos cō
uersis totius orbis nationib⁹ vere cōstaret, regnū esse
dei, nō mundi. Proinde quum die quodā faceret iter
iuxta lacum Galilęę, vidit Iesus Simonē & Andream
fratrē eius opera cōi laborantes, vt retia laxarent in la
cum: erant enim piscatores, & hac arte sibi victum pa
rabant. Humilitas artis faciebat ad gloriā: concordia
fratrum denotabat ecclesiæ cōsensum. Piscatura typū
habebat Euāgelici muneris, quod per sermonē dei
mortales imersos ignorātiæ tenebris, ac sordidis hu-
ius mundi curis, extrahit ad lucem veritatis, ac cœle-
stium rerum amorem. Hos igitur piscantes, primum
piscatus est Iesus, Venite, inquit, ac me sequimini: effi
ciam

ciam enim vt incipiatis esse piscatores hominum. Ad hanc vocẽ duo fratres nihil contati, relictis vt erant retibus, sequuti sunt dñm Iesum. Nã Iesu vox cœlestе habebat incantamẽtum. Atq; hinc ꝑgressus pusillum dñs, conspexit alios duos, Iacobum Zebedæi filium, & Ioãnem fratrẽ eius: qui & ipsi recõcinnabãt retia sua in naui, adornãtes piscationẽ. Et hos alibi intẽtos, subito interpellãs Iesus, vocauit: iussitq; vt sese sequerent. Vt autẽ agnoscas iuuenes Euãgelicæ fiducię, nihil morati, relicto etiã patre Zebedęo vnà cum mercenariis in naui, repẽte sequuti sunt vocantẽ. Ab his initiis dñs Iesus collegit principes ecclesię suæ, fastiditis interim cũ suo fastu sacerdotib⁹ ac pharisæis Hierosolymitis. Eiusmodi sodalitio comitatus Iesus venit Capernaũ: ea ciuitas erat vt opibus florẽs, ita superba simul & impia. Hic statim aggressus est Euãgelistæ munus. Nã sabbato ingressus synagogã, publicitus docebat Iudęos: nõ inania pharisęorũ cõmenta, sed verã legis mentẽ explicãs, quę spiritualis erat, nõ carnalis. Sensit ilico populus nouũ doctorẽ, ac nouũ doctrinę genus. Hominem videbãt humilẽ, raro contemptoq; sodalitio stipatũ, sed admirabant sermonẽ, vimq; quandã diuinam spirantẽ. Neq; enim scribarũ in morẽ docebat frigidas cõstitutiũculas, & aniles fabulas de genealogiis, sed dictis aderat autoritas, ac sermoni veraci fidem astruebat miraculorum magnitudo.

Friget

Friget quicqd humanũ est, quoties diuina virtus exe rit suã potentiam: & ecce ptinus adest ædendi miracu li occasio. Erat in ea cõgregatione quidã obnoxiꝰ im puro dæmoni. Nõ tulit spiritũ cœlestẽ in Christo lo quẽtẽ spiritus impius: cœpit enim obstrepere doctri næ cœlesti, vociferãs, ac dicens: Quid tibi nobiscum rei est Iesu Nazarene? An venisti pditurꝰ nos añ diẽ? Noui qui sis. Nimirũ sanctus ille olim ꝑmissus à pro pheta Daniele, quẽ deus præ cæteris vnice sanctifica- uit. Dñs aũt siue quia nõdumvenerat tẽpus, vt palàm profitereť qs esset, siue quia nõ placebat vera quidẽ illa, sed metu extorta ꝓfessio, & ab impio ꝑfecta spi- ritu: qui quum ex se sit mẽdax, & fallere gaudeat ge- nus humanũ: nec vera loquẽs, erat audiẽdus apud po pulũ, ne qs illi post credat mẽtienti, increpuit illũ, di- cens: Obmutesce & exi ab homine, sic melius ꝓdica bis qui sim. Nec mora, spiritus impurus ad vocẽ iubẽ tis dñi reliquit hominẽ, sed dilanians eũ, atq; ingenti clamore vociferãs, vt palàm esset, illum nõ suapte spõ te, sed virtute diuina coactum, profugere. Atq; hic ex hibita ẽ imago hominis occupati spiritu Satanæ. An non pessimo dæmonio obnoxius est, quẽ totũ pos- sidet ambitio, auaricia, liuor, odium, libido, cæteræq; cupiditates impię? Huiusmodi qui sunt, non ferũt ser monem Euangelicum, sed vociferãtur: Quid tibi no biscum est Iesu? Venisti vt ꝑderes nos? Etenim quos

possidet

possidet huius mūdi spiritus, perdi se credūt, quoties cogūtur ea relinquere, in quib⁹ sibi falsam cōstituere fœlicitatē. Itaq; cōturbātur ac discerpūtur, dum hinc ad honesta vocat met⁹ æterni supplicii, hinc amplecti tur ac retrahit male dulciū maloꝝ cōsuetudo. Sed nullum est dęmonii gen⁹ tam ꝑtinax, qđ ad Iesu iussum nō aufugiat. Mai⁹ aūt miraculū est, ex ambitioso modestum, ex feroci tolerantē, ex libidinoso castū, ex rapaci liberalē reddere, quàm corp⁹ hominis ab impio spiritu liberare. Sed illud magis admirātur homines, nō quia sit mirabili⁹, sed quia cernatur oculis corporeis. Itaq; iussu simplici ꝓfligatū impurū spiritū, vehementer tum admirati sunt Iudęi, adeo, vt inter sese cōquirerēt, dicētes: Quid hoc est nouę rei? Nihil tale legimus vnquā à ꝓphetis esse factū, vt simplici verbo propellerēt dęmonia. Aut quę nā est hęc doctrina noua, quam tāta virtus comitatur? Prędicat regnū dei, & profert virtutē dei, Satanę vires cōterens. Neq; enī magicis precib⁹, aut prolixa ad deū flagitatione, aut alioqui magno negocio profligat impios spiritus: sed ceu dn̄s ac victor illorū, nudo verbo imperat illis, & volentes nolētes obediūt ei. Ex hoc admirabili facto fama Iesu dimanauit per vniuersam regionē Galilęę. Vt autem liqueret in eo fontem esse diuinę virtutis, quę non possit exhauriri, miracula miraculis succedunt. Mox enim vt egressi sunt è Synagoga, venerūt

in ædes Simonis & Andreæ eodē comitantibus Iacobo & Ioāne. Porrò socrus Simonis decūbebat, grauiter laborans febri: ei⁹ rei simul atq; cōmonefecissent Iesum, accedit ad lectū, & apprehensa manu mulieris, erexit eam: ac ꝓtin⁹ reliquit eam febris. Nec min⁹ ꝑfecta fuit, quàm subita sanitas: nā subito redierat & vigor mulieri, sic vt obies solita munia, ministraret iesu cū discipulis suis. Periculose decūbit, quisquis carnaliū voluptatū amore æstuat, quisqs per luxū vitā ignauam trahit. Mulier decūbit, & olim prima mulier pomi illecebra capta, cœpit hac febri laborare. Caro nostra, quæ cōcupiscit aduersus spiritū, Eua nr̄a est. Sed fœlices, quos attactu sui spiritus ad cœlestiū rerū amorem subrigit Iesus: vt qui prius seruiebat ocio, luxui, aut immūdiciæ, subito vigore recepto, mutat⁹ seruiat castitati, puritati, ac sobrietati. Nā his epulis delectatur ac reficitur Iesus. Iā imaginare domū Simonis esse ecclesiā, in qua nō cōuenit esse spiritu lāguidos, sed Euāgelico vigore feruentes: & tamē hic nōnūquā decumbit socr⁹ Petri, hoc est synagoga. Ad synagogā enim pertinet is, cuius corrupto palato, adhuc sapit frigida litera: cui sapit aqua sensus pharisaici, nec sapit vinū Euāgelici spiritus. Qui simul erant in domo, rogauerunt dñm Iesum, vt iacentē erigeret. Rogem⁹ & nos, qui sum⁹ in ecclesia, vt dignetur & hos meticulosos, literæ affixos, ceremoniis addictos, corruptóq; iudicio

cio ea vehementer expetentes, quæ sunt noxia: cõtra ab his abhorrẽtes, quæ sola sunt expetenda, porrecta dextera, ad libertatẽ Euãgelicã erigere: quæ nõ in hoc valet, vt liceti⁹ peccem⁹, sed vt alacres ac volẽtes obeamus munia charitatis Euãgelicæ, & Iesum in suis mẽbris refocillemus. Nullo nõ tẽpore paratus est dñs ad sanitatẽ animi conferendã, si quis interpellet: amat il le vel intẽpestiuos & importunos interpellatores. Iã erat multa vespera, solq́ȝ occiderat, vt improbũ videri posset, medicum id tẽporis interpellare: sed vicit sanitatis desideriũ pudorẽ. Adduxerant plurimos omni morborũ genere correptos, atq; inter hos etiã impuris spiritibus obnoxios. Ad hoc spectaculum confluxerat ad ianuam domus tota ciuitas Capernaum. Iesus autem nihil causatus, sanabat plurimos, qui variis morbis tenebantur: ac dæmonia multa eiiciebat. Celer & expeditus erat medicus, qui dicto pelleret morbum. Porrò dæmonia vociferantia ipsum esse Christum, cohercuit: respuens testimoniũ ab hostibus, & cum quibus noluit suis esse quicquàm cõmercii. A pueris Hebræorum, à piscatoribus prædicari sustinuit: à dæmonib⁹ nullũ recepit testimoniũ, tametsi verum. Lædit enim veritatem improbus autor: & nocẽtius mendax est, qui veritate sibi fidẽ conciliauit. Atq; ea quidẽ res tum gesta est, iuxta historiã. Cęterum videmus & hodie plurimos confluentes ad domũ

Vespe re autẽ facto.

domum Simonis Petri, quam diximus habere figurã ecclesię: nã Capernaũ toti⁹ mũdi gerit imaginẽ. Occasus solis christi mortẽ adũbrat: ianua dom⁹ est baptismus, quẽ ambit pœnitẽtia vitę prioris, & fiducia sanitatis ab Iesu impetrãdę. Aegroti fores obsident: publicani & peccatores ambiũt recipi in ecclesię consortiũ. Nõ ꝓmerẽtur autẽ sanitatẽ, nisi crederẽt Iesum & posse & velle conferre salutẽ. Infrequẽs erat ecclesię cõtuberniũ viuo Christo, qui lux erat mũdi: sed eo mortuo, magna vis hominũ ex vniuersis mũdi regio-

Et dilu nibus cœpit affluere. His ita gestis, dñs Iesus, qui nõ
culoval in hoc ꝓpriẽ venerat, vt mederetur morbis corporũ,
de. quos ipse suis nõnũquã immittit, vt valeant animo: quũ videret multitudinẽ magna auiditate quęrere sanitatẽ corporis, quę nõ pari studio inhiaret doctrinę cœlesti, qua sanãtur animorũ morbi: postridie velut ocii desiderio fefellit turbã, admodũ diluculo surgẽs, ac relicta Capernaũ, abiens in locũ desertum, illic orabat: patri gratias agens pro beneficiis, quæ ꝑ ipsum humano generi largiri decreuisset. Atq; hic interim nobis nõ simplex paratur exẽplũ, post collatã in alios beneficentiã oportere secedere, ne præmiũ ab his, quibus benefecimus, videamur expectare. Deinde nõ nũquàm ad tempus intermittendam salutiferã doctrinam, quo magis iritemus appetentiam animorũ. Postremo crebris secessibus, qui rerũ cœlestium contẽpla-

plationi dantur, nõ voluptati spiritũ esse vegetandũ, quo ad iuuãdos infirmos redeat alacrior. Secessit autẽ in desertũ, nõ quisquis cõmutauit locũ, sed qui animũ à curis hui⁹ vitæ ad cœlestiũ rerũ contẽplationẽ seuocauit. Simon Petrus reliquiq́ꝫ discipuli, vbi senserunt clàm abisse Iesum, ꝓsequuti sunt illũ, donec inuenirẽt vbi nã esset. Nõ enĩ decet veros Iesu discipulos vnq̃ꝫ abesse à dño suo, quẽ oportet in omĩb⁹ æmulari. Interim & turba quæ mane cõfluxerat ad ostiũ dom⁹, vbi didicisset Iesum abisse, cõsequuta est illũ in desertum. Multi sequũtur Iesum, soli discipuli inueniũt, & inuentũ aliis cõmõstrãt. Nunciãt itaq́ꝫ dño, adesse magnã vim Capernaitarũ, qui quærerẽt ipsum. Ad quos dñs: Satis est in præsentia hæc fundamenta iacta esse apud Capernaitas, cæterum tempus est, vt proficiscamur & in ꝓpinqua oppidula, vicosq́ꝫ, vt & illic prædicem regnum dei. Nõ enĩ in hoc veni, vt vni prædicem ciuitati, sed vt omnibus annunciẽ salutẽ. Peragrabat itaq́ꝫ domin⁹ Iesus oppida vicosq́ꝫ toti⁹ Galilææ, prædicans in synagogis eorum, morbos depellens, ac dæmonia eiiciens, vt apud rudem populum potẽtib⁹ factis fidem adderet doctrinæ suæ. Accidit autem, vt die quodã, posteaquàm Iesus in monte quodã multa præclara docuisset populum de perfectione professionis Euangelicæ: descendenti occurreret quidã lepra, morbo abominabili pariter & insanabili, infectus, in

quo corporeis oculis exhiberetur imago eorū, quæ inuisibiliter gesserat in animis auditorū. Oderat morbum suū leprosus, ac summā de Iesu conceperat fiduciā. Agnoscis resipiscentē peccatorē sanitati proximū. Nō verit⁹ est turbā, cui se sciebat esse abominādum: tātum Iesu bonitatē habebat præ oculis. Ad hūc igitur accurrit: accidit ad genua. Quid hic faceret superbus pharisæus? Clamaret: Submouete detestabilē, ne vel oculos nostros inficiat: & lauacrum posceret, quo hominis afflatū ablueret. Hoc faceret pharisæus, animo cōtaminatior, quàm quis leprosus corpore. Quid autē mitissimus dñs, qui solus erat purus ab omī macula? Nō propellit à cōspectu, non submouet à genibus. Nō ignorabat quid peteret, sed insignē hominis fiduciā voluit oib⁹ esse exēplo. Qui libidine, qui auaricia, qui odio, inuidētia, cęterisq; fœdis cupiditatib⁹ tenētur, execrabili lepra sunt oppleti. Qui tales sunt, audiant vocē leprosi, vt imitētur: Si vis, inquit, potes me mūdare. Agnoscit morbū, de potētia bonitateq; dñi non dubitat. De se, an dignus sit tāto beneficio, iudicium defert dño: gratias acturus, si consequatur qđ petit, nō murmuraturus, si nō impetret. Diceret enim, potest ille leprā pellere, qui præter omne morborum genus etiā dæmonia eiicit, & vult, qui passim omnib⁹ miseris opitulatur: sed mea tanta est indignitas, vt solus nō promerear, quod impetrant omnes. Hæc tanta

fiducia cum summa modestia coniuncta, impetrauit misericordiam Iesu. Nam affectum quendam misericordiæ, ipso etiam vultu præ se ferens, vt nos doceret, quales oporteat esse erga peccatores, manu porrecta contigit leprosum, ac verbis ab ipso præscriptis mundauit hominem. Dixerat ille: Si vis, potes mundare. Iesus ait: Volo, mundus esto. Non est multiloqua syncera fides: neq; grauatim præstat beneficium Euangelica charitas. Vix ea dixerat, mundus esto, discessit ab homine totus morbus, sic, vt nulla mali vestigia relinqueret. Lex Mosi prohibet leprosum contingere, neq; caret salutari doctrina sensus spiritualis. Abstinendum à consortio inquinatorum, ne contagium mali transeat ad nos. Sed dominus Iesus lege superior est: neq; contactu potest inquinari, qui quicquid contingit, reddit purum, cõtigit leprosum manu, & ilico sanauit corpus eius. Oremus, vt suo sermone contingat animos nostros, vt purificet eorum immũditiem. Quisquis es scortator, adulter, aliisq; morbis impure, accurre & tu ad Iesum. Nam is occurrit tibi, descendens è sua sublimitate, & tuæ conscius turpitudinis aduoluere pedibus illi9, procumbe in faciem tuam. Clama ad illum, sed clama cum summa pectoris fiducia: Domine si vis, potes me mũdare. Mox audies à misericorde: Volo, mundus esto. His ita gestis, dominus non passus est homi-

nem sese cõsectari, sed coegit discedere, interminatus, ne qd hu9 rei apud quẽquã efferret. Quin poti9 abi, inquit, & ostẽde te sacerdoti : cui9 iudicio iuxta legis ritus leprosus es iudicatus : & si te pronũciauerit vere purum à lepra, offer id qđ Moses pręcepit offerri ab iis, & quib9 cõtigisset à lepra liberari. Sic maiore fide prædicabis dei in te beneficiũ, quàm si statim clamitesapud omnes, te mundũ esse à lepra. Nã hac ratione cõstabit ipsis etiã pharisæis, mea beneficia calumniãtibus, te fuisse vere leprosum, & præter medicorũ aut legis subsidium, solo cõtactu simplicique verbo fuisse mundatũ: & intelligent adesse quendã ipsorũ sacerdotio maiorẽ, qui nullo negocio leprã quãuis execrabilem, tollat, quũ ipsi magno negocio de lepra iudicent. Abiit pro leproso pur9, adiit sacerdotẽ, inspectus est, iudicatus est purus ab omni lepra: moxque factũ ipsum non tacuit, sed diuulgauit passim: & hoc & alia multa de Iesu ꝑdicãs. Dicet hic quispiã: Quur in altero præstitit qđ erat iussus, in altero neglexit dñi præceptũ? Quoniã alterum ꝑtinebat ad cõfirmãdã miraculi certitudinẽ, vt sacerdos ignarus, à quo sanatus esset, ꝓnũciaret de perfecta sanitate per Iesum restituta, qui fortasse calũniaturus fuisset Iesu beneficiũ, si priusquàm ꝓnunciaret, autor beneficii fuisset cognitus. Sed cõfirmato per sacerdotis sentẽtiam miraculo, ad dei gloriã pertinebat diuulgare quod factum erat. Quur igitur

iesus

Iesus iussit sileri, quod voluit diuulgari? Nimirum vt nos admoneret, ex benefactis nostris, quę deus opat̃ per nos, nõ esse quęrẽdã gloriam apud homines, qđ ea speciosior sequatur fugitantem. Magni animi ẽ, sic dare beneficiũ, vt ab eo cui das, nolis tibi gratias agi contentus iuuisse ꝓximum. Cæterũ hoc maiore studio p̃dicare debet apud oẽs, qui beneficio adiutus ẽ. Christo nihil erat ab inani gloria periculi: sed nobis, quibus hinc plurimũ ẽ discriminis, exẽplum hoc parabatur. Neq; vir ille cõtempsit Christi iussa, sed immẽsa lęticia de sanitate reddita, & ipotẽs quidã amor erga salutis autorẽ, non patiebatur illum silere. Fit autem ferè, vt maiore cũ fide narremus, quæ malueramus silere, nisi res ipsa cogeret efferre, quod est in animo. Quid aũt est cõsequutum ex huius hominis prędicatione? Tãta de dño Iesu nata est omnium opinio vt iã ob turbã affluentium nõ posset palàm ingredi ciuitatẽ, quẽadmodum cõsueuerat: sed cogeretur, vitatis vrbibus, in desertis locis versari. Qui pręstigiis ac magicis miraculis sibi famam & quęstum aucupant̃, ciuitates quàm maxime frequentes expetunt. Iesus autem subinde fugitans hominũ frequẽtiam, docet qđ nobis agẽdum sit. Qui pollet miraculis Euãgelicis, nõ tam quærit numerosum theatrum quàm ardens. In ciuitatibus multi affluebãt, tãtum vt oculos nouitate spectaculi pascerẽt. In deserta loca nemo sequitur

Iesum,nisi vehementi quodã illius desiderio flagret. Qui relictis vrbiũ deliciis,per aspera & inuia sequit̃ Iesum,is magno cũ fructu suo sequit̃.Etenim qui ve te illũ amat,per oĩa sequit̃ quem amat,p ignominiã, per famem,per direptiones facultatũ,per exilia, p car ceres,per cruciatus,per mortes.Horum imaginẽ sustinebant illi,qui ex omnibus Galilææ regionibus con currebant ad Iesum in desertis locis latitantem.

CAPVT II.

VErum virtutem quocunque fugias,sua sequitur gloria,non aliter quàm vmbra corpus. Non enim potest sui dissimilis esse, qui vere bonus est:& quemadmodum quocunque sese transfert corpus solis,ibi lumen est,ita quoquo locorum fugitat vera pietas,ibi celebritas est.Iam enim desertum desiit esse desertum,posteaquàm eõ se contulerat dominus Iesus,vera lux huius mundi. Et tamen qui præditus est Euangelica virtute,non desinit, quod quidem in ipso est, fugitare theatrũ populare: nimirum intelligens, quàm periculosa pestis sit, famæ sitis: sed inuitum subinde eodem reuocat iuuandi beneq; merendi studium. Itaque fit,vt dum vir bonus aliunde aliõ propellitur, ad plures dimanet ipsius beneficentia. Iesus itaque nobis formam exhibens, & fugitandę gloriæ, & perpetuo bene merendi de proximis, post dies aliquot repetiit Capernaum, vnde multitudi

de multitudinis importunitate videbatur propulsus, quæ nocturnis etiã horis fores domus, in qua diuersabat, obsederat. Quẽadmodũ enim Betlehem cunis suis nobilitauit, Nazareth educatione celebrem fecit, Aegyptum fuga sua felicẽ reddidit: ita Capernaũ frequẽti cõmoratione, atq; inibi ꝑditis subinde miraculis, velut adoptauit in patriã. Huc aũt veluti furtim reuersus est, prius abdens sese in domũ, quàm aduẽtus ipsius innotesceret vulgo. Verũ vt nõ põt latere sol, ita non põt esse clàm dñs Iesus. Rumor, vt fit, à paucis exortus, iam per oẽm ciuitatẽ sparserat, Iesum esse in ædibus. Nec mora, tanta vis hominum eò confluxit, vt non solum tota domus impleretur, verum nec vestibulum, eáq; loca, quæ sunt ostio vicina, caperent multitudinem. Beata domus, in quam immigrauit Iesus, & à qua nunquàm recedit. Ea est ecclesia. Nã Capernaum totius orbis, quacũq; gentes incolunt, gerit imaginem. Nimirum Hierosolymis eiiciebatur ẽ templo Iesus: apud gentes regnum cœlorum vim patitur, & vi quadam irrumpit promiscua multitudo. Obsident fores catechumeni, magno desiderio ambientes, vt admittantur in domum domini, esurientes & sitientes iustitiam regni cœlorum. Iesus autem ab hac domo neminem excludit, neq; pauperẽ, neq; diuitem, neque sanum, neque ægrotum, modo vehementer exoptet audire Iesum. Dominus igitur do-

cens nos, vbiq; primã habendã esse ratioñe animoꝝ posteriorem corpoꝝ: ĩ primis impartiebat eis sermonem Euangelicum, quo sanant̃ animoꝝ morbi. Proinde recte faciunt, qui daturi mendicis eleemosynam, prius eis admonitiunculã aliquã impartiũt, q̃ reddat animos illoꝝ meliores, mox stipẽ largiunt̃. Nã vulgꝰ hominum p̃postero rerum iudicio, vehementiori studio fertur ad ea, quæ corpori cõducũt, quàm quę ad animi salutem pertinent. Dñs autẽ exemplo suo commonstrauit nobis, q̃ potior est hominis pars, eiꝰ priorẽ oportere curã esse: prius docens, mox sanans ęgrotos. Porrò quũ adhuc doceret Iesus, & animis curandis operã daret: adueniunt quidã adducẽtes secum paralyticum, totius corporis neruis ita morbo solutis, vt affixus lectulo, à quatuor baiulis deportaret̃. Habes simulachrũ mẽtis terrenis cupiditatibus sic effœminatę dissolutęq́;, vt ad nulla pietatis officia sese possit erigere: sed humilibꝰ ac sordidis curis affixa, nihil sublime aut cœleste cogitat. Porrò quũ obstãte conferta multitudine, q̃ fores ac vestibulũ obsederat, nõ possent eũ deferre in cõspectũ Iesu: sarcinã suam sustulerunt in tectum, eo detractis tegulis patefacto, demissis funibus, pẽsibilem hominem vnà cum lecto deposuerunt ad pedes Iesu, nihil addubitantes, quin misericors dominus opitulaturus esset misero: simulatq́; suis illis oculis conspicatus esset paralyticum, viui cadaueris

dauerís ritu solutis membris decumbentẽ in lecto. Viderat & ante Iesus miserũ, nec ignorabat fiduciã eorꝝ, qui hominem adduxerãt. Poterat nõ interrupto sermone per quẽlibet illis denũciare: Surgat ille paralyticus, ac subito sanus, lectulũ suum domũ reportet: verum oculis omniũ exhibere voluit miserabile spectaculum, simulq́ꝫ declarare, quãtã vim habeat apud deũ syncera in ipsum fiducia. Morbꝰ erat insanabilis, iãq́ꝫ inueteratus: aditus importunus: & tũ certã spem illis porrigebat dñi bonitas, cũ pari potentia cõiuncta. Iesus igitur perspecta illorꝝ insigni fiducia, tãto magis est misertus hominis, quãto magis vidit illũ grauius aĩo laborare, quãm corpore. Nemini nõ miserandus videbať, qui careret oĩm mẽbrorꝝ vsu, sed lõge miserabilior erat animus vitiis obnoxius. Nihil expectabať, nisi vt corporis integritas restitueretť misero, qđ ipsum erat humanis viribus maius. At Iesus delectatꝰ tam insigni fiducia, totum hominẽ sanare volẽs, versus ad paralyticũ: Fili, inquit, remittunť tibi peccata. Erãt in eo cõsessu scribę quidã, quos eruditio sacrarꝝ literarꝝ nihilo reddebat meliores, sed potius ad calũniandũ ꝓpensiores. E prophetarꝝ ac Mosi libris didicerãt, solius esse dei, condonare peccata. Sacerdos enĩ nõ remittebat peccata, sed intercessorem agebat apđ deũ pro peccatis alienis, non sine victima. Id quũ nõ ignorarẽt scribæ, sic tacite cogitabãt in cordibꝰ suis:

Quam

Quam hic nouam vocem profert, quã nec Moses, nec Aaron, neq; quispiam veterum pphetarum ausus est proloqui? Remittuntur tibi peccata. Nimirum iste sibi vindicans autoritatem diuinam, cõtumeliosus est in deum. Quædam peccata lex iubet puniri morte, quædam holocaustis, aliisq; sacrificiis expiant sacerdotis interuentu: hic nihil moratus eiusmodi ritus semel omnium criminum summam verbo cõdonat. Non est hominis quod sibi sumit: solus deus põt præstare, quod hic pollicetur. Nimirum offendebat illos infirmitas humani corporis, quod videbãt, eoq; nihil supra hominẽ de Iesu poterãt suspicari. Neq; vero magnificẽtius de eo sentiebat populus, cui tñ hoc adferebat simplicitas, vt minus esset ad calũniandũ propensus. Eas cogitationes huius mundi spiritus suggerebat animis scribarũ, qui legis Mosaycę literas mordicus tenẽtes, a spiritu legis erãt alieni, & hoc magis erant indociles, quod sibi docti viderent: vt hic quoq; locũ habeat, quod videmus in pictorib9 & cantorib9 euenire, qui minore mercede docẽt prorsus artis rudẽ, quàm qui ab alio pceptore male sit institut9, ppterea quod in rudi simplex sit capiũdus labor: i male docto, vt prior, ita molestior sit dedocendi labor, quàm docẽdi. Atq; has impias cogitatiões prudentia quadã humana pmebat apud sese, metuẽtes populũ, apud quem sese vẽditabant. Iesus aũt, qui suam diuinitatem

Cogni to Ies9 spiritu suo.

nitatem

nitatem factis testari maluit, quàm oratione prædica re: vt ostenderet scribis, nihil esse tam abditū in cor/dibus hominū quālibet astutorum, quod ipsius fu/geret spiritum oīa scrutantē, & oīa perspicientem: ver sus ad eos, perinde quasi ꝓloquuti fuissent, quod aīo cogitarant, ait illis. Quur istas cogitationes calūnio/sas versatis in animis vestris? Quur ex huius corpo/ris infirmitate me iudicatis potius, quàm ex factis ip sis? Quin poti9 ex his, quæ cernitis oculis, quæq; nō potestis inficiari, ea colligitis eē vera, quæ nō possunt oculis cerni? Offendit vos hæc vox: remittuntur tibi peccata: & putatis irritam, quia nō videtis efficaciā, q̄ sese exerit in animo. Vos autem quum habeatis ocu/los corporis sanos, mentis oculos habetis vitiatos. Quid si depromam huic similem vocem, cuius effica cia se probet oculis vestris, an non æquum est, vt ex eo quod cernitis, credatis etiam id quod nō cernitis? Nihil est apud homines facilius, quàm dicere, difficil limum autem præstare quod dixeris. Apud deum au tem eadem est facilitas & dicendi, & perficiendi. Hanc potestatem si hactenus dominus non dedit ho mini, non est tamen illi adempta facultas dādi, cui ve lit. Et per prophetas olim pollicitus est se missurum Messiam suum, qui auferret morbos populi Israeli/tici, & peccata aboleret. Itaque nolite spectare cor/pusculum hoc, vestris corporibus simile, neque

vestem

vestē hanc nullis phylacteriis aut fimbriis pictis insi-
gnē, neq; vocē hāc à cęterorū hominū voce nihil dis-
sonātē. Ex re sumite iudicium. Cuius in promptu est
dicere peccatis obnoxio: Condonantur tibi peccata,
atq; æque procliue est dicere paralytico morbo ob-
stricto: Surge, tolle lectulum tuū & ambula. Audistis
vnā vocē, & calūniamini, audite nūc alterā, quā calum
niari nō poteritis, vbi videritis palàm rē dicto eē co-
mitē. Id faciā, nō vt iactem ptātem meā, sed vt intelli
gatis filio hominis, qui vobis nūc humilis videt̃ &
imbecillis, à deo traditā esse potestatem, verbo remit
tendi peccata, quam vestri sacerdotes nunquam ha-
buerunt: idq; nō solum in Iudęa, sed in terris ēt om
nibus: vt qcquid ille remiserit ī terris, remissum sit in
cœlis: quicquid nō relaxauerit in terris, idem maneat
astrictum in cœlis. Non est quod calūniemini, sed est
quod vobis gratulemini, si deus suam erga vos beni
gnitatem auxit. Si dicitis hoc nō posse deum, maiesta
tem illius læditis, si non velle, bonitatem offenditis, si
non facere, quum pollicitus sit, mēdacem facitis: si in
his quę sunt animi nō creditis, cum ī his, quę palàm
cernitis oculis corporis, tergiuersari nō possitis, per-
uersam & obstinatam vestram maliciam declaratis.
Hæc loquutus Iesus, atq; illis attētis, quid esset factu-
rus, versus ad paralyticum, ait: Tibi dico surge, tolle
grabbatum tuum, & abi in domū tuā. Ac vix æditū
sermonem

sermonem manifesta praesentaneaq́ꝫ vis cōsequuta est. Nō enī paralyticus paulatim ac tādē aegreq́ꝫ coepit se se mouere, sed ad Iesu vocē alacer erexit sese, quasi nū quàm sensisset vllā paralysin, ac sublato in humeros lectulo, per cōfertā hominū multitudinē egressus est, nouū & antehac inuisum oībꝰ spectaculū exhibēs: vt qui pauló ante velut exanime quoddam cadauer à quatuor baiulis affixus lecto deportabat̄, nūc gestiēs & alacer, tātae etiā sarcinae gestādae solus sufficeret. Da tus est locus exeūti, qui negatus est adueniēti. Sic enī expediebat vtrunq́ꝫ, vt veniēti obsistēs turba, fiduciae magnitudinē oībus faceret manifestā: & datus per mediā multitudinē exeunti locus, miraculi spectaculū omniū oculis subiiceret. Viderunt haec scribae, ac nō solum correcti nō sunt, verūetiā magis incāduit illorū inuidētia. Caeteri vero, quotquot aderant, insolito mi raculo stupefacti, glorificauerunt deum: qui talē pote statē dedisset homini, vt simplici verbo, & peccata cō donaret, & morbum insanabile adimeret: ingenue cō fitentes, inter omnia quae narrarentur à sanctis superi oribus peracta: aut quae suo seculo vidissent à sanctis viris fieri, nihil huic facto simile extitisse. Iā vero si ad sculptorum aut pictorum opera nōnunquàm resisti mus, singulas artificii partes contēplantes, semperq́ꝫ noui quippiā animaduertētes, quod prius oculos suf fugerat, equidē arbitror nō abs re fore, si ad hoc tam

insi-

insigne spectaculum aliquantisper cōmoremur, pia curiositate collustrātes singula: quādoquidem quicquid gessit in terris dominus, in hoc gessit, vt in his philosophantes, nobis decerperemus, quod ad pie viuendū conducit. Id maiore cum fructu fiet, si primū consideremus, quod foris exhibitū est oculis corporeis, mox quid in animis gerendū, hac imagine nobis est significatum. Primum igitur consideremus morbi vim ac magnitudinem, quem dominus Iesus verbo depulit. Siquidem paralysis humore noxio neruos corporis, qui motus sunt organa, occupat, ac torpefacit: sic, vt, qui laborat hoc malo, mēbra corporis nō ad vsum, sed ad sarcinā molestam habeat, vt propemodū viuū cadauer esse videatur: non in aliud spirans, nisi in pœnam suam. Hoc malum ferè aut subito tollit hominē: aut, si id non fit, crudelius etiam lenta morte consumit. Est autem de numero eorum à quibus medicorum ars, velut ab immedicabili malo libēter abstinet: aut si tentet vincere, diu frustra luctata, tandē discedat inferior: præsertim si non vnam aut alteram corporis partē, sed vniuersum corp9 occuparit. Porrò quàm fuerit huius hominis deploratū malum, lectulus indicat, cui affixus, non aliter quàm exanime cadauer, à quatuor baiulis gestabatur: quin frequēter & linguæ vsum eripit, ac mentis vigorem hebetat. Quod huic quoq; videtur accidisse, qui nihil rogarit dn̄m, quum tāto

tanto malo premeretur. Quis autē tam durus est, cui tale spectaculū nō moueret misericordiā? Quis nō fœliciorē iudicaret extinctū, quàm sic spirantē? At nūc mihi paulisper adhibe spirituales oculos, & cōsidera, quāto sit infœlicior animi paralysis, cuiꝰ omnes vires sic occuparūt rerum fluxarū frigidissimæ curæ, vt totus ad omnia pietatis officia torpeat, vt nec manꝰ habeat ad subueniendū inopiæ pauperū, nec pedes, quibus adeat Iesum, nec linguā, qua seruatoris opem imploret: sed veluti iustitię mortuꝰ, cupiditatū ceu baiulorum arbitrio huc & illuc circūferatur. Quid faciat infœlix animꝰ, qui luxu, qui voluptate, qui studio gloriæ & pecunię totus solutus & eneruatus, ex sese nullū habet robur à sordidis curis subrigendi sese ad amorem rerū cœlestium? Totus affixus est infœlici grabbato cupiditatum carnis, in quibus cōquiescit. Nulla certe potestas hominū potest huic opitulari: solus Iesus potest omnem morbi vim omnipotēti iussu propellere. Hic igitur medicus adeundus est, cui nullum malum est immedicabile, sed adeundus est cum ingēti fiducia, quæ tantum valet apud dominū Iesum, vt huic paralytico præsidio fuerit etiam aliena fiducia. Nihil illi quidem orant verbis, sed tamen re magnopere flagitant. Est autē efficax in primis apud christū flagitatrix fiducia, quando videmus etiā iuxta humanos affectus magnam solicitudinem iniici mentibus

noſtris, vbi ſentimus aliquē toto pectore de nobis pē dentē, ſibiq́ꝫ certā ſpem in nobis collocaſſe. Deus autē à peccatoribꝰ nec holocauſtomata requirit, nec dona ria. Tantū agnoſce morbū, & cōfide de medico: quan quàm vt hoc ipſum poſſis, nemo largitur, niſi deꝰ. Is enim vbi pro ſua bonitate decreuit ſanare paralyticū animū, immittit illi mirabile quoddā ſuiipſius tędiū, ſic, vt ſemet oderit, ac vitæ etiā tędeat. Cōtuetur in qui bus tenebris, in quibus flagitiis verſatus ſit, horretq́ꝫ ſeipm̄, planè deſperaturꝰ, niſi qui immiſit acetū dolo/ ris, adderet oleū bonę ſpei. Iuſtitia dei ꝑturbat animū ſibi male cōſcium, minitatꝰ vindictā ſceleribꝰ debitā, intentat gehennā: ſed à deſperatione reuocat cōſidera ta dei bonitas: qui nō q̄rit mortē peccatoris, ſed ma/ gis vt cōuertatur & viuat. Dn̄s Ieſus, qui naturā reſti tuit, qui Moſi legē nō ſoluit, ſed abſoluit, ad cōmunē etiā vulgi ſenſum ſeſe accōmodauit. Si potio per fidū medicum adminiſtrata, vehemēter cōcitat totum cor pus, pręſertim in morbo capitali, quo maior eſt ꝑtur batio, hoc magis ſperatur ſanitas. Ita quo propior eſt deſperatiōi peccator reſipiſcēs, hoc ſaluti vicinior eſt, medico Ieſu. Iam mihi cōſidera pudentē impudentiā. Eſt enim iuxta vulgi quoq́ꝫ ſermonē, pudor inutilis viro, quem vrget neceſſitas. Pudor autē pudorē pellit, non aliter, quàm clauus clauū. Inutilis autem pudor eſt, cælare morbum. Hunc pudorem extundit morbi tædiū,

tædium, ac salutis impetrãdæ cõcepta spes: iamq̃ nõ pudet fateri morbũ, quia pudet ægrotare. Quis hominum in graui corporis morbo meminit pudoris? Nónne secretissima etiam corporis mẽbra nudant, ac medico tractanda permittũt? Nec aliter affectus est, qui fœdũ animi morbũ cœpit agnoscere. Quid enim improbius, quàm cõscendere tectũ alienæ domus, detcere tegulas, aperire fenestrã, sordidũ & abominandum spectaculũ ex alto ingerere oculis omniũ? Quid hic dicturus erat superciliosus pharisæus? Nimirũ clamasset, indignũ facinus: magnisq̃ cõuiciis incessiuisset illorum improbitatẽ, qui cõtra ius publicũ, perfosso tecto, irrumperent in priuatum alienũ, ac funesto spectaculo simul & sermonẽ sacrum interrumperẽt, & oculos auditorum cõtaminarent. Iuberet abigi cadauerosum paralyticũ, seq̃ totũ aqua prolueret. At his, quibus offendendus erat ostẽtator Mosaicæ iustitiæ, quoniã arguebant insignẽ erga se fiduciã, dñs Iesus delectatus est, adeo, vt nec expectatis precibus, calamitosum hominẽ sanitate donaret. Ac primũ adimit animi morbos, quæ sunt peccata: mox paralysi leuat corpus: q̃d quemadmodũ nõnulla vitia ex corpore sumptis initiis permanant ad animũ, ita nõ raro fit, vt ex animo natum morbũ corpus contrahat: veluti quũ libido ex carnis humoribus orta conspurcat animũ: atq̃ inde rursus in corpus reciprocat malum paraly-

ſim gignens,aut morbum comitialē. Aut quū liuor ex animi vitio ſumens originē, corpus etiā tabefacit. Solus autē ſanare poteſt vtrūq; hominis partem, qui vtrunq; cōdidit. Conſiderandū eſt & illud, quāta fuerit largitas Ieſu in condonādis peccatis. Quū enī ait: condonātur tibi peccata, relaxat vniuerſa. Nec vlla meritorū præteritorū mentio, nec vlla ſacrificiorū aut ſatiſfactionis exactio: tantū fiduciæ fit mentio. Satis eſt, veniſſe ad pedes Ieſu. Satis ſacrificauit, qui ſe illi cum plena fiducia obtulit : nullū illi gratius holocauſtū. Totus ſibi diſplicebat ille paralyticus, & male ſibi cōſcius, & miſerabili corporis morbo oppreſſus. Tota ſpes erat in potenti bonitate Ieſu : ille totum reſtituit, quia ſe totū Ieſu medico cōmiſit. Nō reputabat, quàm eſſet immedicabilis morbus: tantū cogitabat, quàm potēs, quàm bonꝰ eſſet medicus, cui ſeſe cōcredebat. Quę ſpes autē iſtis, qui morbo ſuo blandiunt̄, qui fugiunt oculos medici, imò qui medicū oderūt & auerſantur? Si te pudet apud medicum hominem, aut ſi quid diffidis, qui fortaſſis cognitum morbū exprobraturus ſit potius, quàm ſubleuaturus, noli cælare morbum tuū apud Chriſtum, qui neminem traducit, ſed ſanat omnes: & ſanat gratis, vt tibi quoq; contingat, quod contigit paralytico. Quid is fecit? Suſtulit in humeros grabbatum ſuum, verſa rerum vice: nimirum imperans cupiditatibus, quibus antea ſeruierat:

Satiſfactio.

rat: hoc est enim gestare crucem, hoc est crucifigere carnē cum vitiis & cōcupiscentiis. Iam nihil est opus quatuor baiulis. Suis pedib⁹ ambulat, quocunq; agit illū Christi spiritus: nec alio vadit, quàm quo iussus est. Quid enim est ambulare, nisi virtutū profectibus semp ad meliora progredi? Quid est, redire in domū vnde venerat? nisi agnoscere, qualis illinc exierit: & cuius beneficio subito mutatus, eo redierit? Nā pharisęorum est, habitare in plateis, foris, & cōciliabulis. Domui suæ habitat, qui se nouit quàm nihil sit: & quicqd habet virtutū, id totū asscribit gratuitæ benignitati seruatoris. Iam te dimittā ab hoc spectaculo, si psonas huius scenæ demōstraro. Paralyticū & huius baiulos fiducia reddit impudētes, & impetrāt quod desiderāt. Iesus delectatus eorū fiducia, etiam non rogatus vltro duplicat beneficium. Populus simplex & illiteratus, nihil diiudicans in eo, quem credebat esse hominem, tantum admiratur virtutem diuinam: soli scribę taciti apud sese murmurant. Fugiamus exemplum scribarum: qui dum suæ student gloriæ, Iesu gloriam conantur obscurare. Simus è simplici turba, glorificantes deum: non solum, si quando nobis sua clemētia adimit morbos animi, verumetiam quum alios videmus eiusdem benignitate à pristinis vitiis resipiscere. Hoc insigni miraculo gesto Carpernaum, quo pluribus prodesset, rursus commutauit locum, ac sese Et egressus est rursus.

contulit ad lacū. Nō se subduxit hominū saluti, sed fu giens insanabiles scribas, piorū hominū desiderium abitu suo prouocauit. Siquidē ad lacū quoq; magna vis hominū confluebat: docēs nos, omnib9 relictis, Iesum esse sequendū, quocūq; se contulerit. Nusquàm enim non seruator est, siue vrbes incolat, siue vicos & oppida peragret, siue versetur in desertis, siue cōscen dat mōtes, siue descendat in cāpestria, siue lacus adeat. Videns itaq; numerosam hominū multitudinē cōflu xisse, nec ignarus quaobrem eò cōcurrisset, docebat illos in litore. Quum'q; faceret iter in litore, præteri bat teloneum quoddā, in quo sedere solent, qui à pręternauigātibus vectigal exigunt. In eo vidit Mathæū quendam, qui idem dictus est Leui, Alphei filiū, sedentem ad teloneum. Erat enim publicanus. Id hominū genus quanquàm vbiq; populo est inuisum, tamen apud Iudæos peculiariter habebantur abominabiles. Redimunt enim iniqua summa munus à principe, eoq; ferè, quo plus lucri faciant, inclementer extorquent ab omnibus, odioseq; negocium facessunt nautis ac viatoribus, quibus nōnunquàm & aliunde satis est incommodi. Erant autem apud Iudæos plurimi, qui negabant Iudæos, populū deo sacrū, pendere tributū oportere Cæsari, profano principi, & idolorum cultori. Hinc factum est, vt publicanos, qui Cæsaris negocium ad quæstum vsurarium agebant,

vehe-

vehementer execrarent. Dominus aūt, qui prius exprobrauerat scribis suam incredulitatem, obmurmurantibus miraculo: quum turba simplex deū glorificaret, rursus ostendere voluit, nullos longius abesse à vera religiõe, quàm qui sibi videbant eximie religiosi, Matthæū auocauit è teloneo, iussitq; vt ipsum comitaret. Ille subito mutatus, relicta sella quęstuaria, sequutus est pauperē Iesum, vt Euāgelicis opibus ditesceret. Hoc factum nō oēs perinde mirabant, tamen erat multo pdigiosius eo, quod paulo ante demirati fuerant in sanato paralytico. Nam illud mihi cogita, quāta paralysi laboret, cuius animus affixus ē studio pecuniæ: nec obscurū est, quàm sint perplexæ publicanoꝝ rõnes. Et tamē hic subito factus alius, mirabilius exiliit à teloneo suo, & oībus relictis sequutus est Iesum, q̄ paralyticus ille exiliēs à grabbato suo, domū abiit. Pharisæus audit Iesum multa differentē, miracula patrātē, & diffidit ac obmurmurat. Publican⁹, qui nihil tale audierat aut viderat, simplici dicto Iesu obtēperat. Et ecce rursus occasio, qua magis illustret & pharisæoꝝ iniqtas, & Iesu benignitas. Matthę⁹ eñ iam certus Iesu discipulus, quo plurib⁹ illū cõmendaret, suiq; ordinis nuper sodales ad Euāgelicum quæstum adduceret, rogare dominum ausus est, vt domi ipsius vellet esse cõuiua. Obtemperauit Iesus roganti, quandoquidem ille obtemperarat vocanti. Mat-

 thæus

thæus rem magnam impetrasse se ratus, apparat con uiuiũ splẽdidum ac magnificũ, quod multis esset suf fectur ũ, videlicet discipulis, quos iam aliquot collegerat dominus: ac pręter hos nõ paucis aliis, qui tũ Iesum comitabant, & ad cõuiuiũ eunti fuerũt vmbræ: multisq́ꝫ publicanis, ac peccatoribus etiam, quos ob pristinã noticiã ac familiaritatẽ cõ dẽ vocauerat Matthæus non erubescẽs, quales aliquãdo sodales habuisset, qui tum ad aliud sodalitium trãsisset: sperabat enĩ fore, vt quemadmodũ ipse vocatus fuisset à domino, itidẽ & plures, quos habuerat infamis q̃stus ac vitiorũ socios, Euãgelicę philosophię, q̃ largit̃ opes cœlestes, haberet cõdiscipulos. Hãc spem illi p̃bebat perspecta Iesu singularis in oẽs clemẽtia. Decebat aũt amplum esse cõuiuium, quod ecclesiæ ex gẽtib⁹ colligẽdæ gerebat imaginẽ. Parca sunt enim & angusta Iudæoꝝ cõuiuia, qui carnem legis sequuntur, quum spiritus sese latissime diffundat, omneq́ꝫ hominum genus recipiat. Libertatẽ amant omnes, clementia opus est omnibus. Iustitia paucorum est: hãc quum nõ haberent, sibi vindicabant pharisæi. Qui quum cõspicarent̃ Iesum cum publicanis & peccatoribus agentem conuiuium, quos ipsi veluti sancti, nec alloquio dignarentur, adeunt illius discipulos, rudes adhuc, & qui facile viderentur abduci posse à pręceptore, hos captãt venenato susurro: Quamobrem, inquiũt, magister ve-

gister vester, quem vos, deserto Ioanne, vt sanctiorē sequimini, cum peccatoribus edit ac bibit, quum mē sæ cōmunio summū sit familiaritatis indiciū! An nō legit quod scriptum ē: Cū sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris? An non cogitat, quod hac consuetudine addit aīos peccatoribus, qui vitati, fortasse resipiscerent! Ad hęc quum discipulis adhuc rudib⁹, non esset in promptu quod respōderent, sed tm̄ simplici fiducia pendebāt à dn̄o: Iesus, quem nec voces clancularię, nec cogitationes occultæ pharisęoꝝ latebant, pro discipulis respondit: Quid obmurmuratis pharisęi, quod cū his, quos vos pro impiis & abominandis ducitis, agitem cōuiuia potius, quàm cū sacerdotibus, scribis & pharisæis! Laudantur medici, q sani quum vocant̄, adeūt ęgrotos: & ego culpor quod eos adeam, qui morbum agnoscunt animi sui, & me dicum desiderant? Qui ꝓspera valetudine sunt, nō expostulant cum medico, dicentes: Quur inuisis illos & illos, nos nō inuisis! Etenim qui valent, nihil opus habent medico: at medicoꝝ ars his debet esse parata, q male habēt. Hi qui morbū suum agnoscūt, gaudent adesse medicū. Vidistis enim in paralytico mihi traditā eē potestatē tollēdi peccata. Vos q vobis videmini sani, vindicātes vobis iustitiā, nō habetis qđ expostuletis cū medico, si vos nō adeat. Ideo missus sū in mūdū, vt tollā peccata mūdi. Quicūq; morbū agnoscit,

ac medici desiderat opem, huic non deero. Porrò qui sibi videtur vacare culpa, si recte sentit, non eget ope nostra: sin laborat falsa persuasione, aut si sibi male cō scius, tamen dissimulat morbū suum: hūc qm̄ insana bilis est, frustra adiret medicus. Quis enim curet iui/tum? Proinde iniuria rep̄henditur medicus si id facit, quod ꝓfitetur ars: sed insignis est inhumanitas eoꝝ, q cum sani sint, medici p̄sentiam inuident ægrotis. Nec hoc quod facio vobis, qui legis scientiā ꝓfitemini, nouum videri debet. Sic enim legitis: Misericordiā volo potius, quàm sacrificiū. Hæc deus per ꝓphetā loquutus est, significans abolēdā carnalē legis iustitiā, quæ constat abstinentia manifestorum flagitiorum, & obseruatione ceremoniaꝝ. Qui non cōmittit homici/diū, qui non furatur, qui nō mœchatur, qui quiescit sabbatis, qui ieiunat statis diebus, qui lauat, qui sacrificat, iustus est apud homines. At deus aliā iustitiā re/quirit, quę constat gratuita beneficētia in proximū, ignoscentia ac lenitate. Quantum vero absunt ab hac laude, qui non solum non opitulantur proximo suo, verum etiam inuident & obstrepunt, si quis opem ferat egentibus. Talem autem vobis deus ꝓmisit Messiam, non qui sacrificiis, phylacteriis, ieiuniis, ac prolixis precationibus superaret pharisæos, his rebus sese populo venditantes, sed qui beneficus in omnes, lux esset errantibus, subleuator oppressis, consolator

afflictis

afflictis, medicus cōtritis corde: quiq; eos, qui longe videbantur abesse à deo, deo iungeret: qui vero deo videbanť esse proximi, hos declararet procul abesse à vera pietate. Hoc sermone dominus Iesus simul & os obturauit pharisęis, & discipulos docuit, quales sese præstare deberent erga peccatores. Multū debemus pharisæorū maliciæ, quæ subinde dominū ꝓuocat ad explicandam Euāgelicam doctrinam. Ecce rursus adeunt Iesum aliquot discipuli Ioannis, iuncti calumniatoribus pharisæis. Nam & illos liuor quidā humanus arripuerat, quod Iesus Ioannis famā videreť obscurare, quum Ioannis vita & institutio videreť eē seuerior, quàm Iesu: qui discipulorū etiam numero fuerat superior. Adeūt itaq; Iesum, & calumniosam obiiciunt quęstionē: Quare, inquiunt, discipuli Ioānis & pharisæorum ieiunant frequenter, tui vero discipuli non ieiunant? Ad hanc quęstionē, quoniā ipsum petebant, non discipulos, dn̄s Iesus clementius respondit, quàm paulo ante fecerat: discipulis suis patrocinās nos interim docēs, Euangelicam charitatē, quæ lenis est in malis sibi ꝑprie inflictis, diligentiorem esse in propellendis malis alienis. Oportet enim episcopum Euāgelicum in iniuriis ipsius capiti ingestis, tolerantem ac lenē esse, cæterū magno studio succurrere gregi periclitāti. Ait itaq; Iesus: Vos qui sedulo audistis Ioānem Baptistam, meminisse debetis, quod ille me prædi

Et erāt discipuli Ioannis.

prædicarit esse sponsum, se vero sponsi amicum. Par est aūt abesse tristitiam omnē, vbi adest sponsus. Moses seruus est, nō sponsus. Illi cōgruebant ieiunia, quę tristitiā hn̄t, & hilaritatē obnubilant. Recte ieiunāt, q̄ manent in synagoga ancilla nō spōsa. Nō enim versant̄ in cubiculo sponsi. Cæterū liberi qui versant̄ in thalamo nuptiali, q̄p diu spōsum ipm̄ hn̄t p̄sentē, nō possunt ieiunare, qđ gaudii magnitudo nō sinat eos meminisse tristiū. Qui metu pœnæ suum facit officium, alacer esse nō pōt. Porrò filii qui spiritū liberalem hauserūt, intelligētes se charos & curæ esse spōso nō anguntur solicitudine, ne peccēt in his, quę ad tēpus p̄scripta sunt ingenio seruili p̄ditis, in lotionibꝰ, in sabbatismis, in delectu ciboꝝ, in vestitu, in diebus festis, in sacrificiis. Cōfidunt enim potētiæ & bonitati sponsi, qui sine his oībus pōt absolutam cōferre iustitiā. Fiducia spiritualis tollit solicitudinē carnalem. Charitas oīa condulcans addit alacritatē. Habet sponsus cibum suum, à quo sodales ipsius nō possunt abstinere. Cibus animi est sermo cœlestis, cibꝰ animi caro est ipsius sponsi: potus animi sanguis est eiusdem. Hoc cibo semper satiari cupiunt, qui mihi propiꝰ adhęrent, hoc potu cupiūt semper inebriari, qui versantur in thalamo sponsi. Cæterum vt cibus corporis nō confert iustitiam, ita nec ieiunium: ac sæpe fit, vt vescens iustior sit ieiunante. Talia sunt ieiunia, quę prę

scribit

~~seruiliter, & ob hæc ingrata deo, qui diligit hilarem datorem~~. Hilaris aũt esse nõ põt, qui metuit, q trepidat. Cæterꝝ qui sciẽs sese in hisce reb9 esse liberũ, & ex charitate sua spõte ieiunat, is læt9 & alacer ieiunat, nõ quia sic pſcriptũ est, sed quia sic hortat̃ charitas. Quũ ad hãc firmitatẽ, ad quã nunc formant̃, mei discipuli pfecerint, plus impetrabit ab eis charitas, quàm nũc extorquet à vobis legis aut Ioãnis pſcriptio. Nõdum aũt ad hoc roboris puenerũt. Adhuc teneri sunt. Obstat enim illis hui9 corporis pſentia. Venient aũt dies, quum corporalis sponsi pſentia tollet̃ ab illis, tũc fa-cti firmiores, hausto cœlit9 spiritu, nõ solũ ieiunabũt, idq; sua sponte, verũ etiam fortiora magisq; mascula prestabũt volẽtes & alacres. Hæc doctrina qm̃ spũalis est, nõ capit̃ ab his q in pharisaicis ceremoniis inueterauerint. Et idcirco mihi simplices ac rudes delegi iuuenes, lusurus operã, si spũalem ac cœleste doctrinã credã animis, carnaliũ rerũ superstitiõe vehemẽter occupatis. Vetera veterib9, noua nouis cõgruũt. Quę si misceas, nõ solũ inanẽ sumis operã, verũ etiam eos quos in melius mutare coneris, reddis deteriores. Præstat enĩ in veteri superstitione pseuerare, q̃ adempto metu peccãdi, dũ ad libertatẽ spirit9 studes adducere, ad peccandi licẽtiã inuitare. Queãdmodũ enĩ plus habet negocii, q docet imbutũ hac falsa pſuasiõe, qđ artẽ calleat, q̃ q prorsus artis ignarũ: ita difficillimũ est eos ad

Nemo assumẽtum pãni.

eos ad Euangelicā iusticiā instituere, qui ob carnales obseruatiunculas sibi persuaserūt, quod absolutā iusticiā sint cōsequuti. Hinc nimirū est, qd' piscatores, publicanos, peccatores, meretrices & ethnicos magis dociles cōperio philosophiæ spūalis, quàm scribas, pharisęos ac sacerdotes, qui in humanis ceremoniis p fectam statuunt pietatē. Ioānes vt medius interveterē ac nouā legem, tētauit miscere doctrinæ geminū genus. Neq; enim ausus est viuidā hāc philosophiā infirmis animis cōmittere. Infirmū est aūt quicquid humanū, quicquid carnale ē. Quod diuinum, quod spirituale, quod cœleste, id viuidū est ac validū. Proinde meis discipulis, quasi hoc delege rudes, nec ad hāc masculam ac robustam philosophiā instituendi, nihil [illegible] praescribit. Si vescuntur, a [illegible] abstinent, [illegible] quiescunt, [illegible] vestitu, hoc ne contingat, illud [illegible] semper maneāt imbecilles, si nunc praeceptore semel didicerint huiusmodi rebus corporalibus fidere. Inutilis est mixtura rerū sibi nō congruentium. Nullus enim sic desipit, vt si vestem veterem sarcire cupiat, assuat fragmētum panni noui. Quur ita? Nempe quia videt futurum, vt si id faciat, & noui panni iacturam faciat, & vetustæ vestis plagam reddat maiorem. Siquidem offensus insigni dissimilitudine panni assuti, & vestis male sartæ, continuo detrahit quod assuerat: itaque ruptura vestis antiquæ

tiquæ turpius hiat quàm antea. Neq; quisquàm tam stultus est, vt vinū nouū credat vtrib9 antiquis. Quãobrem? Quia videt fore duplicẽ iacturã. Nam mustū ob vehementiã spirituū efferuescẽs, disrūpit vtres ob vetustatem imbecilles, itaq; simul pereūt & vtres & vinum. Quid porrò facit, vt & vino cõsulat & vtribus? Vinū mustū condit in vtres nouos. Ita quorū anim9 assueuit vape pharisaicarū obseruationū, non ferunt mustū cœlestis ac spiritualis doctrinæ, sed abhorrent & auersantur, ac deterioris vini gustū cui assueuerunt, requirūt. Hūc Iesu sermonem nõ esse vanū, ipsi pharisæi crebro suis factis docuerunt. Cum em̄ accidisset die quodã vt discipuli facerent iter per segetẽ, id'q; die sabbati, quo religiosum erat Iudæis aliquid opis agere, præibant discipuli, Iesus vero sequebatur. Quū autem stimularet illos fames, cœperūt vellere spicas, manuum'q; cõfrictu exclusis granis vesci. Audi nūc veteres vtres offensos nouo musto libertatis Euãgelicæ, ac sabbatismi vapã requirentes. Siquidẽ pharisæi, qui ceu vehemẽter iusti comitabãtur Iesum, cõspicientes quod faciebãt discipuli, dñm in discipulis calūniãtur. Nam quemadmodū discipulorū probitas cõmendat præceptorẽ, ita malefacta solent his imputari qui instituerunt. Admonent igitur dñm, & indicant discipulos, perinde quasi rem nefariam agentes, qđ violarent sabbatū: vt aut illos coherceret & probaret pharisaicam

Et factū est iterum cū do.

cam superstitionem, aut si id nõ faceret, haberent de quo ipsi calũniam struerent. Dñs autẽ sic patrocinat⁹ est suis discipulis, vt legis Mosaicæ peritos ex ipsa lege refelleret, pro sua mansuetudine docens, qui reprehendi merebãtur. Qua frõte, inquit, defertis meos discipulos, quod coacti fame, spicas aliquot forte obuias decerpunt, quo vitæ suæ cõsulant, quũ ipsa lex, cuius vos esse doctores profitemini, cõmemoret, Dauid in simili necessitate deprehẽsum, fecisse quiddã, in quo magis etiam videtur violata legis religio. Siquidẽ fame periclitãs cõfugit in domũ dei, nec veritus est homo profanus ab Abiathar, qui tum primas tenebat inter sacerdotes, postulare sibi dari panes illos vnicẽ sacros, quos ꝓpositionis vocant, quib⁹ nefas erat omnibus vesci præter sacerdotes, idq; tãtisper, dum intra templi septa versantes sacris operarẽtur. Non ignorabat Abiathar quid lex præscripsisset, nec tamẽ verit⁹ est Dauid atq; eius comitibus tradere panes sacros in loco sacro edendos. Hoc si nescitis esse scriptũ, aut si non meministis, qua frõte profitemini legis scientiã? Si scitis ac meministis, cur in simili causa Abiathar ac Dauid absoluitis, atq; etiam probatis, meos vt nefarii sceleris reos defertis? Si tum necessitati proximi cessit legis rigor, quum maxime regnaret lex, quo magis nunc æquum est cedere legis ceremonias, quoties charitas hortatur proximo subueniendũ esse? Quin

& illud præcepit lex, diligendum esse proximũ pari amore, quo se quisq; cõplectitur. Hoc præceptũ quũ sit in tota lege præcipuũ ac maximũ, cur præpostero iudicio ob ea quæ leuiora sunt nec perpetua, violatis id quod & summũ est, & perpetuũ? Fuit olim tẽpus quo nulla esset sabbati religio. Et futurum est, vt vere piis quiuis dies sit [illegible] sacer. Nunquã autẽ nec fuit, nec erit tẽpus, quo non fuerit, aut futurũ sit sanctum, opem ferre egenti proximo. Lex vetat occidi: occidit autẽ qui quũ seruare possit, non succurrit. Ea perpetua lex est. Vetat eadem quiesci sabbato. Quàm vero prę postera religio, si quis dũ timet violare sabbati ociũ, sinat interire fratrem suũ, quum asinũ delapsum in fo ueam educat sabbato, nihil deterritus septimi diei reli gione? His atq; huiusmodi dilucidis rationibus quũ Iesus docuisset, quàm essent peruerse religiosi, adiecit catholicã sentẽtiã: Sabbatũ, inquit, hoĩm causa est in stitutũ, nõ hoĩes cõditi sunt ꝓpter sabbatũ. Filiꝰ autẽ hoĩs venit, nõ vt ꝑderet hoĩes, sed vt seruaret: Itaq; potestatẽ habet etiã abrogãdi sabbatũ, quoties id po stulat hoĩm salus. Qđ de sabbato dixi, de similibꝰ cõ stitutionibꝰ oĩbꝰ sentiẽdũ est. Ad tẽpꝰ institutæ sunt, vt rebellis ꝑplus paulatim assuesceret obedire ꝑceptis dei, vt ꝑ figuras corporales, veluti manu ducerent̃ ad intellectũ rerũ spiritualiũ. Pie violat sabbatũ, q vacuꝰ à tumultu malaꝝ cupiditatũ, iuuãdi ꝓximo studio vi olat

Et dice bat eis.

olat sabbatū. Pia res est ieiuniū, sed fit impia, si qđ ad salutē hoīs est institutū, vertit̄ in pnīciē & corporis & animi. Res est religiosa votum, sed fit irreligiosa, quoties huius seruādi supstitione reuocatur aliquis ab his, quæ propi⁹ spectant ad verā pietatē. Sanctæ facit qui donū offert ad altare, sed profanū est donū quod offertur, irrecōciliato proximo. Itemq; negligatur colorata forma vestis, quoties id cōmodū est homini: neq; enim homo vestis causa factus est, sed hominis gratia reperta vestis. Itidē cibus homīs causa paratur, nō homo cibi causa cōditus est. Proinde quouis cibi genere vesci fas est, quoties id postulat homīs necessitas. Siquidē hæc omnia corporalia, in quib⁹ vos absolutam iusticiā cōstituitis, templū, victimæ, cibus, vestis, dies festi, ieiunia, vota, donaria, irreligiose seruantur, si ob hæc læditur salus proximi. Religiosissime vero seruātur, si ob proximi charitatē neglectis his quæ sunt carnalia, intus in animo seruatur id, qđ corpora liū rerū vmbris est designatū. Huiusmodi cōstitutionum Moses administrator fuit, nō autor: seru⁹, nō dominus. Huic qui adhærēt animo seruili magna supstitione seruant ea quæ sunt carnis. Cæterū qui adhærēt filio hominis, qui totius legis est dn̄s, eaq; docet ob seruanda iuxta spiritū, quæ carnalib⁹ illis simulachris figurabātur, liberi sunt ab eiusmodi ceremoniis.

CAP. III.

ET in agro quidem per viam dominus Iesus hu iusmodi sermonib⁹ & pharisæorũ retudit calũ niam, & discipulis innocentibus est patrocinatus. Sed vt plane disceremus nihil esse calũniosius falsa religio nis persuasione, quũ Iesus ingressus esset synagogã, il lic ex more docturus populũ, obtulit sese rursus & do mino benefaciẽdi, & pharisæis calũniãdi occasio. Ade rat enim illic in turba quidã, miserũ omnibus specta culum exhibens, manũ habens arefactã ac mancam, mẽbrum mortuũ & inutile circumferens, hoc etiã mi serabilior, qđ opa manuũ solitus esset alere/ tum sese, tũ familiam tenuẽ & inopem. Et ô maliciã pharisæo rum, oculatam ad calũniandum benefacta Christi, cæ cam ad intelligendum doctrinã cœlestem. Ex his quę cernebãt oculis corporeis, videbant humanã naturã, ex his quæ gerebantur non perspiciebant virtutẽ di uinam. Vident hominẽ miserabilem, & norant Iesum misericordem, & ilico cõiectant quid esset cõsequutu rum. Iamq́ʒ calũniã adornant nõ in discipulos, quẽad modum prius de spicis reuulsis, sed ipsi dño, qui disci pulis fuerat patronus. Obseruant igitur natura propẽ sum ad opitulandũ miseris: an auderet etiã, synagoga teste, die sabbati sanare hominẽ: vt si id faceret, accusa rent eum violati sabbati, quum facti testem haberent multitudinẽ. Nihil quidem orabat miser ille, verum hoc ipsum erat rogare miserabili, venire in conspectũ

misericordis Iesu. Dn̄s autem, quo redderet omnes attentos ædēdo spectaculo, euocauit hominē, cui man⁹ erat manca. Surge, inquit, & consiste in medio multitudinis. Surrexit ille bona quadā concepta spe. Tum Iesus versus ad pharisæos, quorum cogitationes non ignorabat, dixit illis: Quid censetis vos, qui legis cognitionē profitemini? Quib⁹ rebus violatur sabbatum, benefaciēdo, an malefaciēdo: seruādo vitā hominis, an pdendo? Nō fallebat illos, quò tenderet hæc cornuta pcontatio. Si respōdissent, satius esse ob religionē sabbati pati perire proximū, quàm neglecta su pstitione succurrere periclitanti: nō tulisset populus absurdū respōsum, & à sensu naturæ cōmuni abhorrens. Sin respondissent licere, sibi ademissent ius calūniandi. Itaq; visum est obticescere. Et tamen interim prodūt multitudini maliciosam versutiā suā, qđ puocati interrogatione ad resipiscentiā, obstinate psisterēt in studio calūniādi. Porrò quo facilior esset respōsio, proposuit à simili quæstionē: nūquis inter illos esset tam religiosus obseruator sabbati, vt ouē sabbato de lapsam in foueam perire sineret, nec auderet educere. Nullus autē erat in ea turba, qui nō intelligeret, quāto sit hominis salus magis curanda, quàm ouis. Occidit autē, quisquis perire sinit quod seruare potest. Dn̄s igitur, quū expectato respōso videret omnes pharisæos non ignoratione veri, sed obstinata malitia, veluti cōiura

iuratos obmutescere, circuntulit oculos in illos, ipso vultu pre se ferens, quãta cũ ira, quãtoq; dolore ferret illorũ insanabilẽ maliciã: qui, quũ sese profiterẽtur du ces cæcorũ, ipsi cor haberent terrenis cupiditatib9 ex cæcatũ, vt clarissimã veritatis lucẽ volẽtes non cernerent. Nulla enĩ cæcitas immedicabilior, quàm quum quis sciens ac volẽs cæcus est. Videbãt mutã pecudẽ, ne periret, extrahi posse è puteo nõ violato sabbato, & videre nolebant homini licere sabbatis consulere. Itaq; clemẽtissimus dñs, quo nos doceret, ob deplora tam malorũ puersitatem, nõ esse abstinẽdũ à iuuãdis pximis, cõtẽptis pharisęis, vertit sese ad hoĩem, ac po pulo ad rei euẽtũ inhiãte, dixit illi: Extẽde manũ tuã. Vix ea vox audita est, extendit manũ, subito mutatã, nec aliter oĩb9 officiis suis fungẽtẽ, quàm fecerat al tera quæ nũquã mãca fuerat. Quẽ illæ rationes non abduxissent ab errore? Quẽ tam euidẽs miraculũ nõ excitasset ad glorificandũ deũ? At pharisæi fermento inuidiæ infecti, his oĩb9 ad sceleratiora etiã consilia prouocãtur. Hæc nimirũ sunt illa semper præpostera pharisæorũ iudicia. Pluris faciũt pecudẽ quàm homi nem, vestẽ quàm corp9, cibũ quàm vitã, corp9 quàm animũ, humana quàm diuina, carnẽ quàm spiritũ, ho mines q̃ deũ. Adeo nihil est puersa religiõe pestilẽti9. Apud hoĩes pdigiosę virtutis ẽ, simplici dicto restitu ere mãcã manũ homini, sed multo maioris & virtutis

& beneficii eſt, reſtituere mãcas ac p̃mortuas animi vires. Q̃ miſere mancã habet manũ, quàm mortuã, q̃ ab omni miſericordię ſenſu vacuã: qui cum videt proximum ſuũ egentẽ, nec ſtipem porrigit: qui errantẽ nõ docet: qui oppreſſum non ſubleuat: qui ceſſantẽ nõ excitat? Tales erant phariſæi, qui maluerunt inuidere dño, quàm ſanitati per eum reſtitui. Huiuſmodi debiles habet ſynagoga. ~~Cæterũ eccleſia Christi neq; ſurdos, neq; mutos, neq; cæcos, neq; debiles, neq; claudos recipit.~~ Quiſquis eſt obnoxius malis, veniat in cõſpectum Ieſu, & ſanabit̃. Afflabit ille nobis ſpiritum ſuũ, & quod mancũ erat animabitur. Qui ſeſe dño ſimplici fiducia credunt, ſani domũ redeũt. Qui ſuæ cõfidunt iuſtitiæ, ex alienis benefactis redduntur deteriores. Qui phariſaico ſpiritu tument, nulli bene volũt, niſi ſibi ipſis. Qui Ieſu ſpiritũ hauſerunt, nihil aliud conãtur, quàm omnib⁹ benefacere. Siquidẽ ſimulat'q; phariſæi ſynagogã ingreſſi ſunt, tametſi non audebant mutire apud populum, aſcitis etiã Herodianis, quo firmior eſſet conſpiratio (nã nulli magis hãc nouerunt artẽ) clancularijs cõſilijs inter ſeſe agitabãt, quomodo Ieſum extinguerẽt, quẽ vt videbant potẽtibus factis lõge ſuperiorem, ita nec dictis refelli poſſe ſentiebant. Nõ cõueniebat inter phariſæos & Herodianos, & ad perdendum ſalutis autorem cõſentiebant. O ſceleratam concordiam, ô cæcitatẽ vere deplorandã.

dam. Quid proficiēt cuniculi fraudis humanę aduer sus eum quē nihil latet? Dñs aūt nos exēplo suo docens, nō nunq̄ ad tempus cedendum īmedicabili malorū pertinaciç, ne ꝓuocati reddantur sceleratiores, sub duxit sese ab eo loco, & rursus secessit ad lacū. Iesu secessus non est Euangelii dispendiū, sed incrementum. Nisi enim propulissent illū pharisæi, nō venisset ad gē tium multitudinē. Posteaquàm igitur Iesus reliquerat inuidam & angustam synagogā, seseq́ꝫ recepisset ad lacum, vndiq́ꝫ cōfluxit ad eū numerosa vis hominū, non solum à Galilæa, verū etiam à Iudęa, atq́ꝫ ab ipsis etiam Hierosolymis, tum ab Idumæa, eq́ꝫ regionibus vltra Iordanē sitis, ad hęc è locis Tyro Sidoniq́ꝫ finitimis. Præludit̃ enim ad congregandā gentiū ecclesiam, qñ synagoga per īcredulitatē repellebat Euāgeliū dei. Ex omnibus his locis cōcurrerat ingēs hominū multitudo, qui excitati rumore, qui late sparsus erat de mirāda doctrina, deq́ꝫ potētib⁹ factis Iesu, sese ad lacū effuderāt. Dñs aūt benignus ac diues in oēs, neminem nec à doctrina suà, nec à sanitatis beneficio submouebat. Tātus autē erat ardor multitudinis ob auiditatem sanitatis, vt alius alium protruderet, ac vi irrumperent ad Iesum, vt eum vel contingerent, quādo solo etiam vestis contactu pellebant̃ morbi. Nec vllum erat vel hominum vel morborū discrimē apud potentem iuxta ac benignū medicū. Quicunq́ꝫ qui-

buscunq; malis tenebantur, protinus liberabãtur, mo do contigisset adire Iesum. Atq; id etiam hodie videmus iuxta spiritum fieri. Ex totius orbis natiõib9 q̃ multi, quib9 vitiis obnoxii cõfugiũt ad Iesum, & fiducie cõtactu sanant̃? Quin & spũs imũdi, viso Iesu, nõ ferebãt illius p̃sentaneã virtutẽ: sed accidẽtes ad genua illius, exclamabãt, dicẽtes: Tu es ille filius dei. Iesus aũt nõ ferẽs ab impiis spiritib9 p̃dicari, intermi-nat̃ illis vt taceãt: nec ipsum ꝓdant ante tẽpus. Per humiles ac tenues mũdo voluit innotescere, quib9 dixit: Qui vos audit, me audit. Spiritib9 aũt impiis ne tum quidẽ fidẽ haberi vult, quum vera dicũt. Nec eñi hoc negociũ fortuito gerebat̃, sed diuino cõsilio gradib9 quibusdam & ꝓfectib9 tẽperabant̃ oĩa ad nr̃am salutem. Iesus igitur quũ à turba cõprimeret̃, mandauit discipulis, vt sibi pararẽt nauiculã, quo tutus esset ab incõdita ac tumultuosa multitudine: q̃ magis sitiebat corpoꝝ salutẽ, q̃ animaꝝ: & cõprimit potius, quàm tangit Iesum. Qui, cõfitentes morbum suũ, cũ syncera fiducia adeũt illũ, tãgunt & sanant̃: q vero mundanis cupiditatib9 adhuc obnoxii tumultuãtes irruunt, molesti sunt. Proinde discipuli, qui norãt familiariter cũ dño versari, parãt illi nauim purioris ecclesię. Iesus autẽ magis delectatur paucis puris ac placidis, quàm multitudine turbulenta. Sed tamẽ ita subducit sese, vt nihilo secius è naui doceat multitudinam. Quum vides

des Iesum è nauicula docentē, cogita episcopū cōcionantē p̄miscuæ multitudini, quę catechumenos, energumenos & Iudæos, & ethnicos cōplectit̄. Beati qui spiritualiter tāgunt Christum. Nō tāgunt autē, nisi q prius ab eo tacti fuerint. Sanant̄ enim ab oib⁹ vitiis, quoscunq; ille contigerit. Iam enim ex tumultuosis facti tranquilli, recipient̄ in nauim ecclesiæ, vt ppetua Iesu cōsuetudine fruant̄, sempeŕq; illi⁹ mēsæ assideāt. Nauicula in qua Iesus est, angusta est impuris, amplissima purgatis. Reiecerat dn̄s p̄dicationē dæmonū: essugerat impurā ac tumultuātē turbā, & tn̄ hæc arguebant adesse regnum dei, in qd̄ irrumpere conabant̄ Et ascē digni & idigni. Proinde sibi parat duces aliquot, qui dens in in vindicādo regno cœlorꝫ essent adiutores, quiq; tot montē. natiōib⁹, mox ex toto terrarꝫ orbe ad Euāgelicā philosophiā cōfluxuris, sufficerēt. Sic enim consueuerūt huius mundi monarchæ certos p̄fectos sibi deligere, per quos imperium suum & asserant, & amplient, & administrent ac tueantur. Hos oportet egregie fidos esse, cordatos & industrios: in primis autem gnaros regiæ voluntatis. Iesus itaq;, qui sese frequenter demittat ad p̄miscuā multitudinē, vt multos ad se alliceret, facto docēs idē esse faciēdū Euāgelicis doctorib⁹: iam ad sublimitatē Euangelicæ perfectionis euocans, conscendit montem. Et accersiuit ad se non quosuis è multitudine, sed quos ipse voluit, quósque ad hoc

munus delegerat. Nō enim vocauit opulētos, non satrapas, nō sacerdotes, phariseos, aut scribas: sed tenues, humiles, & idiotas. Siquidē hi demū erant idonei, qui Iesum sequuti montē conscenderēt: vnde quicqd hic mundus habet admirandū despicitur: vnde velut è ꝓpinquo vox auditur patris cœlestis, & vnde spectatur immortalitatis gloria. Parēt qui vocati sunt, & veniūt ad Iesum sublimē. Nullus enim hūc montē pōt conscendere, nisi vocāte Iesu. Nā ipse mons est, nec ad ipsum quisquam venit, nisi tractus ab eo. Hic rex ille regū, ac dñs dominantiū, duodecim præfectos selegit, qui veluti fidi satellites nunquā ab ipsius latere discederent, vt vbi res Euāgelica postularet, mitteret eos, veluti legatos à latere, ꝑdicaturos q̄ à rege suo didicissent, ac diuulgaturos ꝑ vniuersum terraꝝ orbem ædicta sui principis. Q̄m aūt ignobiles erant piscatores, idiotæ, tenues, nihil regale præ se ferentes, quū pollicerent̄ regnū dei, ne cōtēnerent̄ illoꝝ autoritas, addidit potestatē, quam nulli huius mūdi monarchę suis legatis dare pōt: nimirū vt in nomine Iesu omne morborum genus sanarēt, vtq̄ etiam impuros spūs ꝓfligarent. Hoꝝ primus erat Simon, cui nomē verterat Cephas, hoc est, Petrꝰ, siue saxū: vt ex ipso noīe discerēmus, Euāgelicę philosophiæ caput eē fidei īmobilem cōstantiā. Secūdus Iacobus Zebedæi filius vnà cū fratre suo Ioanne: his imposuerat nomina, vt dicerentur

Boanerges

Boanerges, qđ Syris sonat filios tonitrui, videlicet ipso nominis prꝑsagio declarante: hos olim ex Euāgelico monte emissuros in vniuersum terrarꝫ orbē Euāgelicę ꝑdicationis tonitruum, qđ omniū aīos cōmoueret, & erigeret ad studium rerum cœlestiū. Siquidē vt tonitru sonat ē sublimi, ita prædicator Euāgelicus nihil humile, nihil carnale sonat, sed cœlestia oīa. Pœnitentiam agite, instat regnū cœloꝶ: tonitru est. Ad hāc enim vocē corripit vnumquēq; timor fulminis, sed succedit imber: Credite euāgelio, & salui eritis. Quartus erat Andreas, frater Petri. Quintus Philipp9. Sextus Bartholomeus. Septimus Mattheus. Octau9 Thomas, cui cognomentū erat Didymns. Nonus Iacob9 Alphæi filius. Decim9 Thaddæus. Vndecim9 Simon Cananæus. Duodecimus Iudas Iscariotes, qui ꝑdidit dn̄m. Per hos paucos obscuros, illiteratos, imbecilles visum est dn̄o totū innouare mundum, ne quā laudis partē in cœlesti negocio sibi vindicaret humana vel sapiētia vel potentia. His rebus in monte peractis, vt nos doceremur ī deligēdis Euāgelici sermonis dispēsatorib9, nō esse vocādos in cōcilium humiles ac priuatos affectus, descēdit Iesus cū electis suis ꝓceribus, & pariter veniūt in domum, nimirum iam familiares ac domestici dei. Hæc forma nobis expꝛ̄ssa ē, vt sublimitate sua doctores nō grauent̄ sese ad humilitatē infirmorū demittere, quo plurimos domino suo lucrifaciant

Et veniūt in domū.

faciant. Sequamur & nos Iesum in domũ hoc aĩo, vt perspiciamus quid sit expectãdũ, & ad quæ pparãdus sit animus his, qui suscipiunt negociũ syncere pdicãdi Euangelium cœleste. In montẽ nõ cõscẽderat turba. Est enim hoc corꝝ, quos ad id selegerat dñs. Verum vbi descensum est ad humiliora, rursum cõfluit promiscua turba: tanta importunitate instãs, vt audirent Iesum, & à morbis liberarentᷣ, vt Apostolis non fuerit ocium vlᷓ cibi sumẽdi. Nihil hoc spectaculo gratius esse põt Euãgelicis doctoribꝰ, quàm quum populus discẽdi auidus, negocium facessit sacerdotibus, quum ingẽs catechumenoꝝ multitudo ecclesiæ fores obsidet, quum pmiscuæ multitudini angustę sunt basilicæ, cõcionantibꝰ episcopis. Hæc oĩa q̃ gerebãtur, vbi rumor ptulisset ad cognatos Iesu, quibꝰ erat nota carnis infirmitas, quũ de diuina potẽtia nihil suspicari possent homines crassi, Iesum cum humili sordidoq̧ sodalitio sursum deorsum vagari, trahere post se cateruas hominum, noua q̃dã & inaudita docere, profligare morbos, eiicere dęmões, furori tribuebãt, qđ offensi corporis ĩbecillitate, nõ poterãt ascribere diuinæ potẽtiæ. Norãt matrẽ & patrẽ, norãt domum & oẽm familiã, norãt ipsum ĩ cæteris nihil à reliquis differentẽ: & ĩtelligebãt, quæ nunciabantᷣ supra modum humanarum esse virium. Itaq̧ quoniã erant cognati, iuxta leges humanas, putabãt esse sui officii, vt mentis

Et quũ audissent.

tis

tis impotem, & à spiritu quopiam arreptum, vinculis cohercerēt. Dicebant enim: In furorē versus est. Etenī qui cōtemptis rebus terrenis oībus, atq; ipsa etiā vita, cœlestem philosophiam toto pectore amplectunt, insani vident his, quib9 nihil sapit nisi terrenū & caducum. Qui patrimoniū ꝓfundit in vsus paupeꝝ, insanit ei, qui vitę pręsidiū i diuitiis collocauit. Qui ob Euāgelium volēs semet in exilium, paupertatē, carceres, cruciatus, ac mortē immittit spe felicitatis æternę: furit ei, qui post hāc vitam nō credit esse vitā feliciorē piis. Qui spernit pricipum ac populi honores, vt gloriam assequat apud deum: insanit his, qui vere īsaniūt, largitiōibus, fraudibus, per fas nefasq; regnum ac dignitates mox eripiendas, ambientes. Et hoc tā ipsum iudicium à suis ꝓpinquis tulit dñs, ne quid offendantur ipsius discipuli, si similia contingat audire à suis.
Sed manifestius impii pharisæi, qui testes fuerant tantorum miraculorum. Nam propinqui vulgari crassitudine peccabant potius quàm impietate. Cæteꝝ pharisæi qui venerāt ab Hierosolymis, quos oportebat ob prophetarum cognitionem ex huiusmodi factis intelligere, iā adesse, quod illi promiserāt: & ob religionis excellētiā, qua sibi placebāt, venerari diuinā potentiā: quā oēs sibi salutiferā experiebātur, blasphemis vocibus īcessunt Iesum, dicētes: Sunt hæc quidē humanis virib9 maiora quæ facit: veꝝ nō ista facit virtute dei,

sed

sed potentem aliquem & insignem habet dæmonẽ, cuius præsidio prodit hæc miracula. Habet enim spiritum Beelzebub, qui princeps est omniũ dæmoniorũ, & huius auxilio ꝓfligat dæmonia, minus pollẽtia viribus. Hanc impudentẽ & cæcam blasphemiã qũi nõ tam impetebat Iesum, quẽ nihil aliud quàm hominem esse credebant: quàm ipm deum, cuius gloriæ inuidentes, miracula quæ illius virtute gerebant, ascribebant impuro dæmonio, dñs accurate refellit, adhibitis etiam parabolis, quo rẽ omniũ sensib⁹ redderet euidentẽ. Quum totũ, inquit, regnũ dæmonũ sit aduersum regno dei: qui fit, vt Satanas Satanam eiiciat? Nisi forte ipsi inter sese bello intestino tumultuantur, quasi sub eodẽ principe militãtes, sese vicissim depellant ẽ ꝑsidio. Quod si regnũ ĩter homines, si factionibus intestinis diuisum fuerit, ruinę ꝓximũ est, ꝓpterea qđ vt cõcordia custos ẽ optima regni, ita discordia nihil nõ quãlibet firmũ ac munitũ demolit̃, quo modo cõsistet regnũ Beelzebub, si dęmon eiiciat dæmonẽ? Quid de regno loquor? Adeo nihil est stabile, vbi regnat seditio, vt ne priuata qdẽ dom⁹ diu possit cõsistere, si mutuis odiis ĩter sese dissideãt ĩhabitãtes. Si igit̃ ope Beelzebub eiicio dęmonia, queadmodũ vos falsò calũniamini, certũ argumẽtũ ẽ, illi⁹ regnum breui casurũ, Ac destructo dæmonũ regno, qd superest, nisi vt existat regnũ dei? Sin id quod est verissimum

mum, virtute dei ꝓfligo dæmones, deo hostes, & humano generi inimicos, profecto palam est iam adesse regnũ dei, cuius potẽtiæ dæmones coguntur cedere. Nõ enĩ cedunt volẽtes, nec ex pacto. Nullũ esse potest fœdus inter deũ & dæmones. Bellũ est irrecõciliabile: veluti quũ bellum incidit inter duos egregie fortes, & implacabili odio inter sese diffidẽtes, neuter ab altero patitur se capi, nisi vi belloq́ꝫ subactus. Quis enĩ fortis & animosus dux patiatur hostẽ sinũ irrũpere in domum suã, quam habet egregie munitã, nisi vi domũ expugnet aduersarius, & victum coniiciat in vincula? Hoc facto, diripiet domum illius, ac prædã abducet. Qđ si videtis clamantes & eiulãtes exigi dæmones, si videtis multos relictis peccatis, quibꝰ diabolo seruiebant, sese recipere in libertatẽ innocẽtiæ, quur dei victoris gloriam trãsfertis in victũ Beelzebub? An Beelzebub hostis humani generis nunc mutatus consulit hoĩm saluti? An nõ ista manifesta est in deũ blasphemia? Illud ꝓ certo habete: Nullũ est blasphemię genꝰ, qđ non possit impetrare veniã apud deũ, ꝓpterea qđ in aliis vel error vel imbecillitas humanę naturę venię relinquit locũ. Cæterũ qui cõtumelia affecerit spiritũ sanctũ, nõ impetrabit veniã in æternũ. Dicit autẽ blasphemiã in spiritũ sanctũ, qui per inuidiã obstinatus, opera, quæ videt nõ posse geri nisi per spiritũ dei, tribuit spiritui Beelzebub. Error & ignorãtia meretᷣ venia,

niam, destinata malicia aduersus bonitatē dei, prouocatis ad salutē, quomodo veniā impetrabit? Blasphemiam quæ cōmittitur in filiū hominis, excusabit corporis imbecillitas. Cæterū virtutē dei, in ipsis operibus relucentē ad salutē humani generis, transscribere Beelzebub hosti dei, blasphemiæ gen⁹ est inexpiabile. Hæc illis loquutus est Iesus, vindicās patri suā gloriam, ac suā interim negligens. Innuebat autē, excusabili⁹ peccare, qui de ipso male sentirēt, quemadmodū cognati, dicentes: In furorē versus est, & apparabant vincula: quàm pharisæos, qui opera, quę nullo modo calūniari poterant, quin essent deo digna, velut insana bili malicia tribuebant spiritui Beelzebub. Nondum intelligebāt in Christo diuinā naturā. Neq; enī Christus illud adhuc aperte prædicari volebat, certe p homines puros deus suo spiritu frequēter ædidit miracula, cupiens per hæc glorificari apud hoīes. Ea si quis nō per errorē, sed per maliciā tribuat spiritui Beelzebub, huius est deplorata peruersitas. Proinde poterāt excusari, si dixissent Christū esse nihil aliud quàm hominem, nō esse regē, nō esse Messiam. Cæterū opera calumniātes, deum ipsum & spiritum eius lædebant, cum per homines quoscunq; spiritus dei possit operari. Nūc quū tot miracula mirabiliter vidissent ædita, quū viderent à populo glorificari deum, quū viderent tot homines sanari, tot liberari à spiritib⁹ im-
mū-

mundis, tot à scelerata vita conuerti ad studiū pietatis Euāgelicæ, idq́ opera Iesu Christi, tamē dicebant pertinaciter: dæmoniū habet, nō spiritum dei. Quū his aliisq́ multis sermonibus dñs Iesus vindicasset gloriam patri cœlesti aduersus impiā pharisæorū calumniam, ac Iudæis exprobrasset obstinatā & inuincibilem incredulitatē, quū per solam fidē oīa peccata relaxētur, interim superueniet occasio, per quā Euāgelicæ virtutis gloriā vindicaret etiam ab humanis affectibus, quib⁹ aliis in rebus laudi ducitur multū tribuere. Aduenerunt enī cognati Iesu, comitātes matrem ipsius, quib⁹ quū ob turbæ dēsitatē nō pateret ingressus, constitere foris: ac vox ceu per manus tradita, puenit ad eos, qui sedebāt circa Iesum. Hi referunt adesse matrē ipsius ac fratres, cupientes cū eo colloqui. Erāt autē & inter propinquos cognatos, quorū alii parum magnifice sentiebant de Iesu, nōnulli etiā insaniam suspicabātur, & tamē existimabant ob sanguinis ppinquitatem hoc sibi iuris esse, vt illum quouis etiā tempore ad colloquium euocare possent. Dominus autē, quo nos doceret negocium Euangelicū, quod spiritu patris gerebatur ad hominū salutem ac dei gloriam, non oportere vllis humanis affectib⁹ interpellari, velut indignatus respondit: Quæ est mater mea, & qui sunt fratres ac propinqui mei? In hoc negocio non agnosco cognationē carnis. Habet euāgeliū suā cognationē

Et veniunt mater ei⁹ & fratres.

tionē spiritualē, quę multo arctioribus vinculis astringit animos, quàm illa iūgit corpora. Quumq́ circūtulisset oculos ad discipulos, qui ꝓxime circūsedebāt docentem, addidit: Ecce hi sunt fratres mei, & mater mea. Vt per Euangeliū noua natiuitas est, ita noua est cognatio. Quisqs enī crediderit Euāgelio, & in hoc paruerit volūtati pr̄is mei cœlestis, hic, etiā si sit nō solū à ꝓpinqtate domestica, verūetiā à tota gēte alienissimus, frater meus, hic soror mea, hic mater mea est. Siquidē hęc cognatio nō ęstimatur gradib⁹ sanguinis, sed spiritus. Nō agnosco cognationē cuiusquā, nisi per fidē renascat̃ ex patre cœlesti, iamq́ vt fili⁹ german⁹ patri cœlesti ad æterna vocāti obtēperet. Vt qsq́ hoc ꝑfectissime ꝑstiterit, ita mihi habebit̃ ꝓxime cognat⁹.

CAP. IIII.

DOMVM igitur hāc, quæ synagogę typū habet, in qua blasphemis vocib⁹ incessitur à pharisæis, in qua interpellat̃ importunitate cognatorū, reliquit Iesus, ac rursus se cōtulit ad lacū, veluti gentiū amplitudinē desiderās. Subinde pellit̃ à Iudæis, subinde præludit Euāgelio ad gētes demigraturo. Etenī cū in domo, hoc est, in Iudæa versaretur, pauci adhærēt iesu, quos fratres, sorores, ac matres appellat: multi obmurmurāt, multi cōuiciant̃, plurimi insidiant̃, ac ꝓxime cognati docentem interpellant. Nō amat tales domos Iesus, amat multitudinē nō sibi placentē, quē ad

modū

modum faciebant pharisæi,non obtrectantem, quemadmodum faciebant cognati, qui crassi carnali sapientia, cœleste sapientiam interpretabātur insaniam: non affectib9 humanis cœleste studium interpellantē, quemadmodū mater,& propinqui. Amat multitudinem auidā sermonis Euāgelici, & ex huius fiducia totam pendentē.Itaq; cum dn̄s Iesus venisset ad lacum, ibiq; doceret,vt ante fecerat, rursus ingens hominū turba eo cōfluxit,adeo vt ob tumultū turbæ sese protrudētis, cogeretur scapham cōscendere,vnde velut ē suggesto docebat multitudinem in litore velut in amphitheatro condensatā. Disce doctor Euāgelice quid sibi velit hęc imago.Sic fuge promiscuā ac tumultuosam turbā, vt tamē ab officio docendi ne cesses.Vbi periculū est,ne te negociorū tumultus obruat,vt iam docere non possis, recipe te in nauiculā Euangelicā,q̄ nescit tumultus terrenos, hinc quietus docebis multitudinem infirmā ac rudē. Ne p̄cul a litore recesseris, esto vicinus ripæ, quoad licet te populi captui attēperans:nondū enim potest te sequi.Primū doctrina rudibus animis attēperanda est,donec p̄fecerint. Quid enim Iesus ē scapha sua docebat,nisi rudē ac promiscuam hominū turbā?Proponebat eis parabolas,hoc est,rerū omnib9 notissimarū similitudines. Est enim hoc simplicissimū docēdi genus,ac rudibus maxime accōmodum.Videtur enī prima specie puerile ac ridi

culum huius mũdi sapiẽtib9. Sed hoc docẽdi gen9 placuit æternæ sapientiæ. Philosophi magna arte cõtortis syllogismis tenebras offundebãt auditorib9. Rhetores admirabili docẽdi copia vim admonebant animis hominũ. Pharisæi retrusa quædã & à populari captu procul semota cõgerebant. Cæterũ hoc doctrinæ genus simplicissimũ & ab omni ostentatione scenica alienũ, sibi delegit Iesus, vt tota gloria mũdi per Euãgeliũ innouati esset virtutis diuinæ. Multis itaq; parabolis excitauit animos illorum, vt simplici credulitate puris'q; mẽtibus acciperẽt sermonẽ Euãgelicũ, vnde salutis nr̃ę principiũ proficiscit̃. Id quoniã oportebat omniũ animis esse infixũ, prius quàm exordiret̃, iussit illos attentos esse: Audite, inquit, si quis habet aures, quib9 audiat. Fabula est nõ parabola, nisi quis attentus audiat. Neq; cuiuis sunt aures, quib9 audiat parabolas Euãgelicas, subtiliter simplices, sapienter stultas, obscure dilucidas. Sub vili em̃ ac ridiculo tectorio cælant sapiẽtiam cœlestẽ. Neq; Iesu satis erat, si arrexissent aures, spectatores etiã esse voluit eorũ, quæ dicerẽtur. Beati vero, qui ad Iesu sermonem & aures habẽt purgatas, & oculos synceros. Ecce, inquit, egressus est in agrũ seminator quidã ad seminandũ suũ semẽ, qđ habebat eximiũ. Dumq́; copiosi prouẽtus auid9, nusq̃ nõ spargit semẽ, euenit vt aliud inciderit iuxta publicã viã agro proximã. Id quoniã ob viæ duritiã remãsit in

In doctrina sua. (margin, beside "Rhetores … animis hominũ")

Ecce exiit. (margin, beside "purgatas, & oculos synceros")

in summa terra, ꝑtinus aduolarūt aues,& collectū de
uorarūt. Rursus aliud icidit in terrā petricosam, q̄ quo
niam exiguo paluere tegebat latētia saxa, semē ante tē
pus exiliit in herbā, videlicet eliciēte tēpore cœli. Mox
autē, vt incāduit solis feruor, æstu affectum est qđ erat
ꝓcociter enatū, & quoniā obsistētibus saxis nō habe
bat radices, quæ ex altiore terra suggererent humorē
aduersus ardorē solis, exaruit, prius q̄ꝫ assurgeret in ari
stam. Rursus aliud incidit in terrā fertilē quidē ipsam,
sed veprib⁹ ac spinis obsitā. Porrò quū spinæ succre
scētes in latū ac lōgū cōdēsarēt sese, factū est, vt herba
tenera enata, prius q̄ꝫ emergeret in lucē, suffocaretur,
nō humoris inopia, sed auræ. Proinde nec hinc vllus
fruct⁹ rediit ad seminatorē. Verū nō erat oīno irritus
seminātis labor. Nā fuit semen, qđ incideret in terram
bonā. Hinc enata est herba, quæ succreuit & adoleuit
vsq; ad maturitatē. Nec vllū granū caruit suo fructu,
tametsi dispari fœnore. Siquidē aristę nōnullę ex vno
grano reddidere triginta, aliæ sexaginta, nōnullæ cen
tū. Hæc loquutus dn̄s, ne qđ dictū esset elaberet, sed
apud se quisq; scrutaret, qd sibi vellet hæc parabola,
subiecit: Qui habet aures ad audiēdū, audiat: nimirū
īdicās nō oēs audisse, qđ audierāt. Porrò quū ne duo
decim quidē illi, quos dn̄s selegerat, rudes adhuc, satis
intelligerēt, qd sentiret hęc similitudo, nō ausi sunt pa
làm interrogare, sed nacti solitudinē, ausi sunt rogare

Iesum, vt sibi parabolæ secretũ exponere dignaretur. Tũ Iesus admonẽs nos, nõ omnib⁹ omnia proferẽda sed pro ratione temporũ, procꝫ captu auditorũ dispẽsandã esse doctrinã euangelicã, ait discipulis suis: Principes huius mũdi paucis cõmunicãt arcana sua, iiscꝫ selectis & exploratis, quibus tutò possint sua credere cõsilia, populum vero cælant, si quid habent arcani. Vobis autẽ ę vulgo mihi selectis, datum est nosse mysteriũ regni cœlorum qui mecũ domesticã agitis cõsuetudinẽ. Cæterum plebeiis, & ab aulica familiaritate seclusis omnia fiũt per parabolas, siue quid loquar eis, siue quid faciã. Nõ enĩ habent aures idoneas, nec oculos idoneos. Qđ audiũt nõ credunt, qđ vident calũniantur. Itacꝫ fit in istis, quod ꝓpheta dixit futurũ, vt quũ maxime videant, tamẽ nõ videant: & quũ maxime audiant, tamen nõ audiant, quia non intelligunt. Non intelligit autem, qui nõ credit. Porrò non remittuntur peccata, nisi credentibus Euangelio gratuitò peccata condonari. Itacꝫ ipsorum incredulitate fit, vt non conuertantur ad deum, quoniam ipsi semet auertunt à deo, nec liberantur à peccatis, quia pharmacũ respuunt, quo sanantur peccata. Hoc sermone Iesus notauit eos, quos modo designarat per terram variis de causis sterilem. Vt autem discipulos redderet dociliores, subincrepat illorum tarditatẽ. Nõ dũ coniicitis, inquit, quid sibi velit hæc parabola, quæ facilis est con

ictu? Et quomodo reliquas parabolas omnes cõiecta bitis, quum nihil dicam aut faciam, quod nõ occultio ris alicuius rei significationẽ habeat? Exponã hãc, vt assuescatis & ipsi in cæteris scrutari retrusioris sensus arcanũ. Ager est mundus, qui plurimos habet inido/ neos Euãgelicæ doctrinæ. Seminator ẽ fili9 hominis, qui ẽ cœlo descẽdit in terras. Semẽ est sermo Euãgeli/ cus, per quẽ mortalib9 annũciat̃ voluntas dei. Volun tas aũt hęc est, vt oẽs suis virib9 diffisi, toto pectore fidãt ꝓmissis Euãgelicis, videlicet per fidem oĩb9 oĩa cõdonari peccata, si post cognitã veritatẽ sese cõuertãt ad studium verę pietatis. Semen igit̃, qđ dicebam in/ cidisse iuxta viã, notat illos, q leuiter, & velut aliđ agẽ tes audiũt sermonẽ Euangelicũ, perinde quasi audirẽt humanam quãpiam fabulam. Nec vlli minori fructu audiunt. Mox enim vt audierunt, aduolat Satanas, & aliis cogitationibus immissis in animũ, eximit semen, priusquãm inhæserit aĩo, vt nec meminerint, quid au dierint. Iam semẽ exceptum in terram petricosam, no tat istos, qui satis auide percipiunt sermonem Euãge licum ac deuorant cum gaudio, sentientes esse veracẽ ac salutarem: cæterum quoniam non alta cogitatione recondunt in pectus suum, nimirum obstãtibus aliis affectib9, qui animũ occupãt, nec volũt cedere sermo ni diuino, non perseuerãt in eo, quod alacriter cœpe/ rant, nec vllum fructum Euãgelicę pietatis ędunt, sed

temporarium duntaxat, propterea quod radicibus ca reant. Itaq; fit, vt rebus secundis credant Euãgelio, ac velut herba ꝑgnata spem bonã de se ꝑbeant, cæterũ simul atq; ingruerit aduersitas ac tẽpestas ob Euangelii ꝓfessionẽ oborta, ꝓtinus offensi deficiũt ab instituto. Semen aũt, quod icidit in solũ spinosum, designat eos, qui sermonẽ quidem Euãgelicũ diligẽter audiũt ac meminerũt, sed fallaciũ diuitiaꝝ amor, aliarũq; rerum falsa boni spe blandientium cupiditates irruẽtes in animum, & indies, vt fit accrescẽtes, tãdem obruũt semẽ, ne possit ad frugẽ emergere. Deniq; semen, qđ incidit in terrã bonã, signat eos, qui attẽti audiũt sermonẽ euangelicum, audito credunt, ac traiiciunt in intimo sinus cordis sui, donec emergat in fructũ Euangelio dignũ, vario quidẽ discrimine pro soli varietate, proq; cœlestis auræ tẽperatura, vt hic adferat fructum mediocrẽ, ille copiosiorẽ, aliis copiosissimũ, veluti si vnũ granũ ꝓducat triginta, aliud sexaginta, tertiũ cẽtum. Qui copiosum ꝓducit fructũ, ẽ quur deo gratias agat, nõ est quur sibi placeat: qui mediocrem, nõ est quur feliciori inuideat. Deus enim qui nulli est obnoxius, aut debitor, pro sua benignitate partitur cuiq; suas dotes, ꝓut ipsi visum est. Quicqd ꝓuenit, illi debetur, qui primus iecit semen, & per quem augescit quicquid prouenit. Cupio autem hac semente totius orbis segetem vndiq; occupari, quum tempus aduenerit: &

nerit: & hanc doctrinam, quã nunc vobis paucis clã/culum impartio, quàm latissime per vos ꝓpagari, vt & vos exhibeatis imaginẽ terrę bonæ, si quod acce/pistis, in quàm plurimos trãsfundatis. Nullus eñi hoc fructus est deo gratior. Cauendũ est igit̃ vobis, ne se/men animis vestris creditũ, obliuione negligentia ve vestra pereat, sed diligẽter recondẽdũ i animo, vt suo tẽpore prorũpat fructũq; copiosissimũ adferat. Hæc admonitio quo altius insideret apostolorꝝ pectorib⁹, addidit parabolam Iesus. Nolite putare me, qđ nunc secreto vobis cõmitto, perpetuo cælatũ esse velle. Nũ quis accẽdit lucernã, vt accensam subter modium, aut subter lectũ recõdat: an potius, vt imposita cãdelabro luceat oĩbus, qui versant̃ in domo? Sermo Euãgelicus semen est, qđ ideo vobis cõcredit̃, vt multo cũ fœno re ꝓueniat. Lux est, per me in vobis accensa, vt vestro ministerio discutiat tenebras totius mũdi. Nũc quidẽ multa cælamus multitudinẽ, quoniam nõdum est ca/pax, & si esset, nondũ aduenit tẽpus: verꝝ vbi tempus aduenerit, nihil est inter nos tam absconsum, qđ tum nõ sit patefaciendũ, neq; quicquàm tã arcanũ, quod non sit palàm oĩbus prędicandũ, Non enim oporte/bit vllis reb⁹ ab Euãgelii ꝓpagatione deterreri, sed oĩ bus posthabitis, hoc vnũ erit noctes ac dies agendũ. Væ enim illi qui semen bonum sibi cõcreditum nõ propagarit, qui lucem sibi traditam abscõderit. Pro/

inde si cui vestrum sunt aures ad audiendũ, hunc ser-
monẽ audiat, & auditi meminerit. Rursus, ne qđ dixe
rat excideret, adiicit Iesus. Videte quid audiatis, & cu
rate ne frustra audieritis. Non enim auditis humanas
fabulas, sed cœlestẽ doctrinã, per vniuersum orbẽ ve-
stra opera diffundẽdã. Quod accepistis, bona fide tra
dite, ne quid diuersum ab eo qđ accepistis doceatis.
Magno vestro fructu hęc auditis, si tenebitis, & gna-
uiter aliis cõicabitis, quę auditis. Magno periculo ve
stro auditis, si vel metu humano pculsi, vel hui⁹ mũdi
cõmodis deliniti, suppr̃sseritis qđ accepistis. Nolite eẽ
parci, aut ignaui dispẽsatores doctrinæ, quã vobis im
partio: largiter effundite, quãdoquidẽ vestra benigni
tas nõ diminuet, sed augebit qđ habetis. Pecuniæ the
saurus exhaurit̃ benignitate, hic thesaur⁹ cœlestis quo
benignius ipartietis, hoc magis cumulabit̃. Neq; vt
pauperior est qui largit̃ opes suas egentibus, ita ido
ctior est qui doctrinã Euangelicã quàm plurimis cõ-
municat, ve℞ vt qui prælucet multis, nõ ideo minus
ipse lucis habet: ita qui doctrina Euãgelica viã aperit
oĩbus ad cognitionẽ veritatis, nõ solũ nõ facit iactu-
rã eius lucis quam habet, ve℞ etiam copiosiore dona
tur lumine, quo pluribus queat pdesse. Quod habe-
tis nõ vestrum est, sed eius qui dispẽsandum credidit.
Id si larga mensura dispensãbitis aliis, qui dedit forte,
larga item mensura adiiciet incremẽtum. Amat deus
profun-

profundi dotes suas, & præter humanarũ opũ consue tudinẽ magis ditescit, qui ꝓfusior fuerit. Sic enim pro meret̃, vt qui multũ dedit, adiiciat plurimum, ꝓpterea quod perspiciat, id qđ datum est, in multorũ effundi vtilitatem. Ergo qui habet effundat largiter, vt abundet. Nemo recte donat diuitias abundãti, sed egẽti dãt qui vitę liberales sunt. Hic cõtrà fit. Qui habet, nec habet sibi tñ, sed aliis impartit qđ habet, ei tanquã bonæ fidei dispẽsatori adiiciet̃, vt abũdet. Qui vero nõ habet, nõ habet aũt qui thesaurũ defossum apđ se seruat, nõ solũ nõ erit ditior, verũetiam hoc ipsum, qđ vni sibi videbat̃ habere, tollet̃ ab eo. Nec vero illud vos reddat in dispẽsãdis fidei dotib⁹ segniores, si hominum ingratitudo vestro studio nõ respondeat. Salua erit vobis vestra merces apđ deũ, qui quo quisqꝫ plus laborauit in Euãgelio ꝓpãgando, hoc copiosius resoluet p̃mium in futuro seculo. Quãquàm nec interea prorsus vestro p̃mio fraudabimini, indies magis ditescẽtes opib⁹ Euãgelicis. Adiecit dñs & aliã parabolã, qua doceret suos, nihil ipis aliud curandũ, nisi vt totis virib⁹ studerẽt Euãgelio per vniuersum orbẽ ꝓfundẽdo, tẽpus messis olim venturũ, quũ ipsi domino videretur. Sic, inquit, habet sese regnum Euãgelicum, quasi si quis interdiu iaciat sementem in terrã. Mox vbi semẽ creditũ est aruo, veluti securus obdormiscit qui iecit, eoqꝫ dormiente, nihilo secius interim semen

Sic ẽ regnum dei.

semen tacitis incremẽtis, absq; cuiusquàm opera, no/ctu pariter atq; interdiu prouenit: iáq; seges enascit & assurgit, nimirũ vltro properans ad frugẽ vi quadã oc culta naturę. Habet aũt natura gradus suos, quos ci/tra cultoris operã seruat, posteaquàm semel factum est semen. Primũ enim vbi in terra semẽ cõputruit, exi/lit in herbã. Ea prima spes prouẽtus. Deinde vbi culm⁹ erexit sese, adnascitur spica, sed inanis. Tãdẽ spicę folli culi pleni tritici granis implent. Atq; hæc secretis pro/fectib⁹ ita procurat natura, vt proficere nõ sentias, profecis/se sentias. Ergo vbi seges maturuit, q iecit semẽ statim mittit falcẽ, vt demetat qđ natũ est, qm̃ intelligit adesse tẽpus messis. Huius ęnigmatis inuolucro dñs tecte docuit suos totius Euãgelii exordiũ, progressum, & cõ summationẽ, quarũ primam & postremam partẽ ipse palàm visibili corpore peracturus esset: mediũ, hoc ẽ progressum, inuisibili spiritus sancti gratia administra ret. Siquidem ipse princeps, per vniuersam Iudęã spar sit sementẽ Euãgelicam. Mox eo peracto obdormiit, moriẽs primum, deinde resurgẽs in quietem æternã. Atq; hactenus germinat semẽ Euãgelicũ, illo, qui pri mus iecit velut dormiẽte, ac secretis auctibus increscit nocte simul ac die, hoc est, in prosperis pariter atque aduersis, per omnẽ occasionem, & promouentium, & reluctantium. Non enim potest non prouenire, qđ il/le iecit, cuius voluntati nemo resistit. Porrò quum ni/hil

hil illum lateat, tñ permittens mundũ aduersus Euangelium tumultuari, pmittẽs apostolos suos affligi & occidi, videt incredulis nescire quid agat, & quodãmodo dormire, quũ inuisibili spũs sui virtute magis etiam nũc operet oĩa in oĩbus. Nec rediturus est mũdo cõspicuus, nisi quũ Euãgelico negocio ad eã mensuram pgresso, quam ipse pfiniuit, & nouit solus, rursus adueniet oĩb9 cõspicuus ea specie, qua ascẽdit ĩ cœlum, separaturus pios ab impiis, ac pios, veluti pbum frumentũ, in æternæ quietis horreũ recõditur9. Videmus aũt ex quàm paruis initiis exortum est Euãgelii regnum, si rem æstimes iuxta mundi speciẽ. Hæc erat velut herba puenientis Euangelici seminis, qd' phari sæi, scribæ, sacerdotes, seniores, præfecti, principes, reges, philosophi certatim conabant obruere ne pueniret. His frustra reluctãtibus, occupare cœpit totum orbem, nec desinet succrescere vsq; ad cõsumationẽ mũdi, donec maturuerit vniuersa seges. Tum mittet falx ineuitabilis iudicii, q̃ succisis oĩbus, zizãia tradat igni, purũ ac purgatũ triticũ seponat in tutum. Hæc parabola, quanq̃ peculiariter ptinet ad Iesum Euangelici regni principẽ, puectorem, & consummatorem, tamẽ attingit & apostolos & apostolorum successores, qui bus hoc vnũ vult esse studio, vt quàm latissime disseminet Euangelicus sermo. Etenim vsq; ad mundi finem sementis tempus est. Nam & hi velut adiutores

Iésu Christi, seminatores sunt, nisi quod iaciũt semen nõ suum, sed ipsis à Christo traditum. Id q̃m est cœleste, non põt opprimi. Habebant & pharisæi semen suum, habebãt & philosophi semen suum. Hęc ne fauente quidẽ mundo potuerũt succrescere, dũ interim cœlestis doctrinæ sementis, mundo totis pręsidiis suis oppugnãte, indies magis ac magis inualescat. Itaque suo quodã modo seminant & apostoli, in hoc ipsum missi, qui subinde mutantes sedem, tñ hoc agunt, vt quàm latissime diffundatur Euãgelium. Prouentum ipsis dormientibus donat deus. Id semen in singulis, etiam Christianis, suã habet herbã, suam spicam, suã messem. Catechumeni rudis est seges: nup per baptismum in Christũ renati: herba est, innocẽtię virore lætam spẽ de se prębens. Vbi iam excelsiores facti adoleuerint Euãgelicæ pietatis ꝓfectu, spicas hñt: vbi pro suo quisq; modo maturuerit, falce succidit. Falx autẽ mors est, post quã triticũ neq; crescit, neq; decrescit, neq; deteri⁹ fit neq; melius. Horreũ est vita cœlestis.

Cui assimilabimus regnum dei.

Quin & alia parabola dñs Iesus expssit imaginem Euãgelici successus, vt qui tum nõ intelligebãt, qđ dicebat, post ex euẽtu rei cognoscerẽt: hęc nõ fortuito, nec humano cõsilio geri, sed ꝓuidẽtia consilii diuini. Quo magis aũt redderet auditores attẽtos, velut hæsitans, cui rei potissimũ posset cõferre regnũ cœloꝝ, dixit: Cui rei dicemus eẽ simile regnũ cœloꝝ: aut quam adhi-

adhibebimus collationē, per quā illius naturā, ac vim explicemus his, qui nihil sapiunt, nisi qđ oculis vidēt? Simile est, inquit, grano sinapis, quod dum seminatur minus est omnib9 seminib9 holerum, quæ seminantur in terra, vt si magnitudinem spectes, aut speciē, nō ex pectes alicuius magnæ rei prouentū. Cæterū vbi fuerit enatum, ac sese semel exeruerit ē terra, meditatur ar borem, à stirpe durescens, & late fundens ramos suos supra mensurā omniū holerū, adeo vt auib9 etiā prębeat vmbrā, ac nidulandi locū. His atq; id gen9 aliis multis parabolis dn̄s Iesus rudi crassoq; populo pro ponebat imaginē futuri successus euangelici, sermonē suū ad illorū captum attēperās. Nihil autē illis tum lo quebatur, nisi per inuolucra parabolarū, quod nondū essent nudi sermonis capaces. Etenim si dixisset, se bre ui à Iudæis occidendū, sed mox reuicturū, gloriamq; suam per vniuersum orbē sparsurum, sic vt qui tum omniū infimus videbatur, intelligeretur totius mūdi princeps: vt nulli mortaliū quantūuis sublimi, quies aut tutū receptaculum esset futurū, nisi sub ipsius ramos cōfugeret: nemo sermonē neq; tulisset, neq; cre didisset. Et tamē expediebat illos hæc veluti per som niū meminisse, vt post ex ipsa re agnoscerēt, qđ sibi voluissent parabolæ. Apostolis aūt secreto colloquio declarabat, quis esset arcan9 sensus parabolaꝝ omniū quas dixerat. Sic ille dies cōsumpt9 est. Vbi vero iam appe

Et ait il lis i die illa.

appeteret nox, præcipit discipulis, vt traiicerēt in aduersam ripā. Quoniā initiū increscētis Euāgelii fiducia est erga Christū, & per Christū erga deū: dñs intelligens, nec discipulos suos adhuc rudes & imbeciles fidere iis, quæ docuerat, multis modis hoc agit, vt fiduciā hanc in illis gignat, & cōfirmet. Potissimū aūt robusta, & immobili fiducia erga Christū est opus, quoties ingruit nox, hoc est, tēpestas rerū aduersarū. Obtēperant itaq; discipuli, ac dimissa turba, q̄ conse qui nō poterat, Iesum ipsa naui, in qua tum erat docens, cœperūt in vlteriorē ripā trāsuehere, comitātib9 & aliis aliquot scaphis. Trāsuehūt Iesum apostoli, quoties aliūde aliò pͥuehunt sermonē Euangelicū. Id agētibus sciebat multos grauesq; tumultus olim excitandos ab his, qui magis diligūt ea, quę sunt hui9 mūdi, q̄ ea, quæ sunt salutis æternæ. Aduersus hos igitur vt cōfirmaret suos, doceretq; nullā potestatē, q̄uis atrocem metuendā esse iis, qui toto pectore fiduciā habēt in dño Iesu, passus est periclitari discipulos vsq; ad desperationē. Posteaquā eīn iam procul abnauigassent à terra, subito oborta est vehemēs ventorū pͦcella, adeo vt excitatis vndis, vētorū vis fluctus impelleret in nauim, iamq; periculū esset, ne vi aquarū impleta subsideret. Interea Iesus in naui dormiebat, capite innitens supposito ceruicali. Nō erat ille somn9 simulatus. Vere dormiebat, laborib9 ac vigiliis fatigatus, nimirū cor

pus

pus humanũ gerẽs, oĩb⁹ his affectionib⁹ obnoxiũ, quib⁹ nr̃a sunt obnoxia. Verũ ille nõ ignorabat qđ esset euẽtuꝝ. Nouerat tẽpestatẽ exoriturã. Sciebat apostolos metu territos ipm̃ excitaturos. Nõ poterat illos efficaci⁹ docere, nihil esse metuẽdũ his qui fidũt iesu: vellicãt igit̃ dormiẽtẽ, & expgefacto dicũt: Magister itáne tu nobis pereũtib⁹ dormis secur⁹? nec tua referre putas si mergamur? Fiduciæ argumẽtũ erat qđ ingruẽte periculo cõfugiũt ad iesum, sed impfectæ fiduciæ erat, qđ credebãt se parũ tutos dormiẽte dñ̃o. Iesus autẽ expgefactus, vt ipsa re declararet sese dñ̃m esse elementorũ oĩm, increpauit ventũ, iussitq̃ cõquiescere: deinde loquutus est mari: Sileto, obticescito. Agnouerũt cõditoris sui vocẽ duo nulli hoĩm obtẽperãtia elemẽta. Mox cõquieuit vẽtus, subsedere fluctus, & facta est trãquillitas magna. Deinde dñ̃s versus ad suos, increpat incredulitatẽ illorũ: Quid, inquit, ita timetis? Nõdũ, tot cõspectis miraculis, habetis in me fiduciã? Porrò discipuli cæteriq̃, qui erant in naui, cõspecta pdigii nouitate, vt mare mutũ elementũ, & indomitũ, vt venti violentũ itẽ elementũ repẽte ad increpãtis vocẽ cõquiescerent, intelligentes rem esse supra conditionẽ humanã, dicebant inter sese: Quis est hic, cui non solum morbi, ac dæmones obtemperant, verum etiam muta elementa obediunt iussis illius? Filius hominis iuxta cupiditates hominum, non habebat in hoc

mũ-

mundo, vbi reclinaret caput suũ. Nam & in cruce mo riens, quũ non haberet in quod reclinaret caput suũ, demisso capite expirauit. Cæterũ hic nõ solũ quieuit, verũetiam subiecto puluillo quieuit, & statim oborta est procella, vt sciremus quãtũ discriminis immineat ecclesiæ, quoties in nobis dormit Iesus. Dormit autẽ, quoties pastores deliniti cõmodis hui⁹ mũdi, profun do somno consopiti sunt, adeo vt quantũuis vellices, quantũuis inclames, nõ queant expergisci. Quàm al te dormiunt episcopi, qui voluptatib⁹ dediti, qui re gnandi libidine temulẽti, qui nũmis cõgerendis affi xi, nec gregis cõmissi curã vllã agunt, nec suæ salutis meminerunt, neq; tantulũ cõmuni periculo cõmouẽ tur, vt experrecti secũ cogitent: Quid facio demens? Grex dñi mihi cõcreditus est pascẽdus. Ac ꝑpediẽ ve niẽdũ erit ad tribunal æterni iudicis, qui pro his oui bus, quas meæ cõmisit fidei, preciosum sanguinẽ suũ fudit. Quid illi respõsurus sum? Debebã exẽplo vitæ inculpatæ prælucere meis ad salutẽ æternã, & ꝑdita vi ta dux fui ad gehennã. Debebã eos pascere doctrina Euãgelica, nõ paui, sed deglubui, sed spoliaui, sed ma ctaui. Pro patre tyrãnũ egi, pro episcopo lupũ ac præ donẽ. Atq; interim sursum deorsum miscet tẽpestas oĩa. Iesus aũt, qui ver⁹ est pastor ecclesiarũ, dormit, dissimulãs ac ꝑmittens oboriri ꝓcellã, sed ita dormit, vt ad clamorẽ suorũ ꝓtin⁹ expergefiat. Vna est nauis

in

in qua Christus iuxta corpus vehitur, sed hæc plures habet comites. Vna est ecclesia catholica, rursus multæ sunt ecclesiæ. In omnibus æque Christus est, & oēs adhærētes eidē capiti, vna est ecclesia. Nulla nauis mergitur, quæ sequit̃ Christū: quātūuis iactent̃ fluctib9, quantūuis periclitent̃, incolumes pueniunt ad portū. Sed hoc interim nos docet tēpestas & nox, in nr̄is vi rib9 nihil esse nobis præsidii, totā salutis spem in vno Christo sitā esse, si quis illi toto fidat pectore. Frequēter & priuatim i suo cuiq; pectore tēpestates hmōi cōcitat Satanas. Sed posteaq; nox errorib9 occupat animū nostrū, posteaq; deficit lux fidei, posteaq; vigor Euāgelici spiritus veluti cōsopitus dormit, tum oborti venti malarū cupiditatū, animi trāquillitatem ptur bant: periclitatur ipsa mens, nihil est præsidii in remigio, nihil in velis: certum exitiū vrget, nisi precib9 ardentib9, & improbis excitetur Christus. Si nō statim audit inclamatus, ne cessa, sed stimula, vellica, donec expergefiat. Per hunc ilico redibit tranquillitas.

CAP. V.

QVEMADMODVM autē hæc tēpestas docuit, oīes tumultus Christi præsidio fortiter esse ferēdos, quos hic mūdus aduersus Euāgeliū esset excitaturus, & aliquādo Christi iussu vertēdos in summā tranquillitatē: ita mox successit imago, quæ significaret, alicubi fore barbaras & immanes natiōes,

H quæ

quæ doctrinã Euãgelicã primũ auersarentur ob inge nii feritatẽ: futurũ tamen, vt hæ quoq; progressu mã suescerent, ac suaue dñi iugum iam cognitũ acciperẽt. Ergo sedata procella principum, Iesus cum suis comi tibus appulit in diuersum litus. Ea regio dicta est Ge rasenorũ ab vrbe celebri Gerasa: quæ est Arabiæ, cõ/ tigua monti Galaad in tribu Manasse, haud procul dissita à lacu dicto Tiberiadis. Iam enĩ dñs Iesus pręludit ad efferatam quarundã gentiũ barbariẽ, de qui/ bus dubites, an hominis vocabulũ mereãtur. Et tamẽ nulla tam effera feritas est, de qua sit desperãdum. In hanc igitur regionẽ, vbi Iesus naui egressus venisset, statim occurrit imago, quæ mores & ingeniũ gentis exprimeret. Prorupit enim ad sensum aduenientis dñi homo quidã, obnoxius impurissimo sæuissimoq; dæ moni. Is fugitans hominũ frequẽtiã, vitam agebat in desertis locis, latitans in monumẽtis defunctorũ, quæ iuxta viam erant. Neq; quisquã tentabat eum amplius alligare, propterea quod sępe antea vinctus disrupisset catenas, & cõpedes cõminuisset. Nec vlla vis poterat eum domare, quo minus libere ferretur impotẽs sui, quocũq; raperet dæmon. Itaq; solutus noctes ac dies vagabatur per sepulchra mortuorũ, perq; mõtes in/ uios, vociferans & cõcidens seipsum lapidibus. Hoc spectaculum, si cui videtur, vt est, miserabile & horrẽ dum, cogitet, quanto miserabilius sit spectaculũ sub

oculis

oculis dei, homo qui pręter hominis nomē nihil iam habet hominis: luxu perditus, in scorta furens, in aleā insaniens, temulentia vesanus, rixosus, prædator, pulsator, violentus, nullis nec dei, nec hominum legibꝰ cohercendus: nec pudore, nec reuerentia, nec metu cohibendus: audens quicquid animo collubitū fuerit, qui exiguo stipendio cōducitur ad quoduis bellum, ad iugulādos homines ignotos, nihilq́ꝫ cōmeritos: ad incēdendos vicos & vrbes, ad diripienda tēpla, ad subruenda sacra profanaq́ꝫ omnia. Adde his periuria, blasphemias, & incestus, huic hominum generi familiaria crimina: adde proditiones & veneficia, ac magicas artes, & videbis quanto leuius furebat ille dęmoniacus, quàm hic perditus. Sed quid? an de huiusmodi desperandum est? Nequaquā, si modo contingat videre Iesum. Fide is conspicitur. Quū enim miser ille ad strepitum hospitum processisset è latebris suis, impetū facturus in eos, quēadmodū consueuerat: mox vt eminus vidit Iesum, vi cœlesti attractus, subitoq́ꝫ mutatꝰ, accurrit ad illū, & adorauit eum. Moxq́ꝫ dæmon per os hominis cœpit ingēti voce clamare: Quid tibi rei mecū est Iesu, fili dei altissimi? Obtestor te per deū, ne me torqueas. Etenim Iesu vox illi tormētū erat dęmoni, quia dixerat: Impure spiritus exi ab homine. Tāta erat dæmonis malicia, vt grauissimꝰ esset ipsi cruciatus, si iam non liceret cruciare miserum hominem.

Sentiebat autem Iesu vocem efficacem & omnipotentem, cui volēs nolēs parēre cogeretur. Iā mihi confer, an nō similis sit affectus in hominib9, qui iam ad extremū malitiæ deuenerūt, quibus voluptati est, aliis vel suo etiā malo malefacere: & si coherceātur à licentia facinorū, vehemēter animo discrucient. Iesus autē interrogabat spiritū impurum, qđ haberet nomē. Is respōdit: Legio mihi nomen est, ꝓpterea qđ multi sumus. Agnoscis vocabulum militare, spurcā colluuiem multorū in perniciē hominū coniuratorū: verū nulla vis multitudinis valet aduersus potentiā Iesu. Tā facile profligat legionē, ꝗ̄ vnicū. Tum dux ille, qui pro omīb9 loquebat̄, magnopere deprecabat̄ Iesum, quē agnoscebat victorē, ne se eiiceret ex ea regione. O peruersam dæmonis maliciā. Nō deprecatur veniam: non aliud beneficiū petit, vt ipsi sit melius: pro beneficio ducit, si liceat illic viuere, vbi plurima sit nocendi occasio. Quasi scelerata militum manus, vrgente maiore principis potentia, & à præsidio iubente discedere, roget: Non petimus salarium, tantū liceat nobis vagari per agros, ac nostro periculo latrocinari. Quū ad hanc petitionē non responderet Iesus, erat in propinquo iuxta montē numerosus grex porcorum, pascēs in agris. Agnoscis animal veris Iudæis abominabile, gentib9 idololatris gratissimū. Orant igit̄ dæmones vt saltem in porcos liceat immigrare: & si nō licet, in

quũt, perdere hominem, quem tu nobis eripis, liceat malitiam nostram aliquo pacto faturare imundi animantis interitu. Id facile pmisit eis Iesus, cui nõ erat curæ porcorꝝ salus, sed hominũ: docens, vel ob vnius hominis salutẽ, cæterarꝝ rerꝝ quãuis graue iacturã eẽ negligẽdã. Legio vero dæmonũ ĩpurorũ relinquẽs hominẽ, Christi spiritu purgãdũ, immigrauit in gregẽ porcorꝝ, qui mox magno impetu per pcipitium mõtis ferebantur in stagnũ, ibiq; suffocati perierũt. Erãt autẽ ferme duo milia. Caueant homines, ne porcorũ similes inueniant. In tales enim aĩos gaudent ĩmigrare dęmones. Porrò subulci, conspecto prodigioso facto, nihil opitulati sũt porcis, sed metu territi fugerũt in vicinam ciuitatem, atq; in villas pximas: & qđ viđissent, oĩbus renũciarunt. Bonus ille pastor ouiũ succurrit piclitanti gregi. Cæterꝝ vbi deplorati perditiq; gregis pastores sunt similes, & internicione perit grex, & pastores territi nihil aliud quàm fugiunt. Ad hunc nunciũ passim ex vrbe atq; agris pcurrunt, auidi videndi oculis, qđ auribus acceperãt. Nã incredibile videbatur, quod audierant à subulcis. Veniunt igitur vsq; ad Iesum, & conspiciunt illum, quem omnes nouerãt prius à sæuissimo dæmonio fuisse agitatum, ac præ furoris impotẽtia solitum omnes catenas & cõpedes dirumpere, vestes dilacerare, seipsum saxis concidere, prętereũtes impetere, vesanis vociferatiõibus omnia

complere: nunc sedere ad pedes Iesu quietũ, vestitũ, ac sanæ mẽtis. Porrò qui spectaculo adfuerant, rursus ab initio narrabant illis, q̃ pcurrerunt, oẽm rei gestæ historiã, de legione electa, de porcis demersis in lacũ. Itaq; quũ iam ex re diligenter peruestigata, fides esset facta, quod narrabatur non esse vanũ, metu pculsi cœperunt rogare Iesum, vt ex ipsorũ finibus decederet. Gens impia & crassa non nouerat totũ Iesum: potentiã uiderat, at nõ animaduertebat in homine restituto bonitatẽ, ac magis eorũ aĩos cõmouebat iactura porcorũ, quàm salus hominis. Metuebãt bobus, asinis, & porcis suis, soliciti de vẽtre, securi de aĩo. Est tñ aliqđ salutis initiũ, vtcũq; timere dei potẽtiã. Dñs facto docens, nõ esse rosas Euãgelici sermonis obiiciẽdas porcis, reuersus est ad litus, ac nauem cõscendit. Interea q̃ fuerat à dęmonio liberatus, videns autorẽ suæ sanitatis abire, cœperat illũ rogare, vt sibi liceret in illi⁹ eẽ comitatu. Dñs aũt maluit illũ habere pconẽ quàm comitẽ, quod id magis expediret multorũ saluti. Abi potius, inquit, in domũ tuã, & ad cognatos notosq̃; tuos, & apud illos pdica, quãta beneficia deus in te cõtulerit: & quomodo misertus sit tui, quũ esses oĩbus miserabilis, sed ab oĩbus deploratus. Ea regio decẽ ciuitates cõplectebatur, vnde & Decapolis dicta. Abiit homo Iesu iussis obtemperãs, ac per omnes eas ciuitates prædicabat, & qualis fuisset, & qualis esset beneficio

ficio Iesu factus. Porrò narratio fidē apud oēs īuenit, quod plerisq; illius regionis hominibus antea notus fuisset, & nunc palàm præ se ferret, integrā mētis sani tatem à Iesu sese consequutum. Nō puduit illū pristinæ calamitatis, dum illustrat gloriā dei. Audi hęc ido lolatra, scortator, aleator, comessator, ꝑiusor, raptor, ꝑ do, incēdiarie, bellator, venefice, sicarie, ne spem abijci as, tm̄ accurre ad Iesum. Noli ęstimare multitudinem ac magnitudinē criminum tuorꝝ, tm̄ cogita Iesum eē, qui seruādis hominib⁹ venerit, qui nutu pōt oīa. Vbi te legio dęmonum reliquerit: vbi sanæ mentis factus fueris, ꝑdica apud tuos potissimum, dei ī te misericordiam. Ne te pudeat vitæ prioris. Faciet & illud ad illustrandā Iesu misericordiā, si quā plurimis innotuerit, quàm ante fueris abominandus. Agnosce & confitere qualis fueris: & quod nūc alius subito factus es, ne tribuas meritis tuis, sed gratuitæ dei misericordiæ, q miseret̄, quorumcunq; vult ipse: nulli debitor neq; ob noxius. Hoc veluti semine iacto apud Gerasenos, dn̄s Iesus rursus transmisit lacum. Subinde mutatus locus facit ad Euangelii profectum: & varietas miraculorū admonet Euangelicum doctorem per omnem occasionē admiti debere, vt quoscunq; potest ad salutem pertrahat. Quum igitur redditus esset diuerso litori, rursum eôdem confluxit ingens hominum multitudo. Etenim quemadmodum Magnes ferrum ad se

se trahit, ita beneficientia cunctos allicit. Quum igitur uersaret iuxta lacum, adiit illum quidam ex primoribus synagogæ, cui nomen erat Iairus. Is excitus fama Iesu, cũ reliqua multitudine euenerat. Erat enĩ, quod animũ illius vehementer angeret, & in quo Iesu pśentiam desideraret. Cum igitur vidisset eum reuectum in litus, gauisus est: &, vt sunt humiles, qui quid valde desiderant: quanquã Archisynagogus, hoc est, inter supciliosos primas, accidit ad pedes Iesu, ac deprecatus ẽ eum, dicens: Dñe, filia mea duodecim annos nata, in qua pcipuum senectutis meæ solatiũ posui, i summo vitę periculo est, iã aĩam agens. Veni, impone illi manum tuã, vt tuo contactu salua sit & viuat. Iesus ex huius oratione satis intelligẽs, quàm nondum esset solida fiducia, qui extremi periculi meminisset, quasi non potuisset & mortuã excitare: qui pśentiam ac manus etiam cõtactũ requirat, quasi non posset & absens & nutu sanare, quos vellet. Iesus pmittit se venturũ, & festinantẽ sequit̃, formã interim exhibens, quàm oporteat pastorẽ oĩbus, & Græcis & barbaris, claris & obscuris, pauperibꝰ ac diuitibus, doctis & indoctis expositum esse, ad animæ salutẽ pcurandã. Atq; inter eundũ offertur occasio, per quã Archisynagogi corrigat imperfectam fiduciã: idq; exẽplo mulierculæ, q̃ quominus nouerat ex legis cognitiõe Christũ, hoc excusabilior fuisset diffidẽtia. Etenim Iesum euntẽ ad ędes Archisyna-

Archisynagogi densissima hominũ turba comitabatur: partim quia nõ poterat diuelli à Iesu, partim quo spectatores fierẽt rei gerẽdæ, & rogãtis nobilitas acuebat spectandi desiderium. Itaq; dum quisq; vult esse ꝓximus Iesu, affligebat͂ à turba ꝓmente. In hac erat mulier, q̃ fœdum ac pudendũ iuxta, & ĩmedicabilem morbum habebat iam annis duodecim: nẽpe sanguinis ꝓfluuiũ; hoc etiam infelicior, quod dũ in medicis magnifice pollicẽtib9 spem salutis cõstituit, & ab vno frustratus ad aliũ certiora pollicẽtem confugit, rursus ab hoc ad aliũ, semperq; blanda spe lactat͂, oẽs facultates suas in eos ĩpenderat, & adeo nihil opis attulerat medicoꝝ ars, vt mulier ẽt deteri9 haberet, quàm si medicis non fuisset vsa, qui nihil nõ pollicẽtes, & officio se vexãtes miserã, veteri malo exasperato, nouũ addiderãt, pro fluuio sanguinis paupertatẽ. Tale nimirum est vulgus ꝓfitentiũ humanã medicinã. Sed plerunq; fit, vt salus sit non sperare salutem. Posteaquàm cœpit diffidere medicis, & illi tum demũ ꝓnunciassent nullã esse spem, posteaquàm intelligerent nihil esse quod daretur, cœpit esse saluti vicinior. Deus enim nulli libentius opitulatur, quàm quẽ humana destituẽre pręsidia. Audierat mulier tantum de Iesu, & ilico concepta admirabili de illo fiducia, miscet sese cõfertę multitudini. Sex9 pudor ac morbi fœditas obstabat, quo minus faceret, quod fecerat Archisynagogus: sed ac-

cessit

cessit à tergo, atq; tandem eluctata per collidētiū sese globos hominum, contigit vestem Iesu. Tantā enim spem de illo conceperat, vt diceret apud sese: Si liceat vel fimbriā vestis eius attingere, liberabor à morbo. Destituta à medicis, à quibus fuerat magna mercede vexata, repererat aliū medicū, q gratis & subito cōferret plenam salutē. Nec fefellit mulierē sua fiducia, simul vt tetigerat vestē dñi, sistebatur sanguinis profluuiū, subito correcto liquore, qui velut è perenni fonte soli tus est emanare. Quin & ipsa sensit toto corpore redisse vigorem, quē habuerat anteq̄ hoc morbo cœpisset laborare. Qui luxui, qui voluptatib9, q delitiis hui9 mūdi euirati sunt, nō aliò cōfugiant, quàm ad Iesum. Si fidāt philosophis, si legū peritis, si magicis artib9, si ceremoniis pharisaicis, vbi in his & ætatē, & ingenii vires cōsumpserint, nihil aliud quàm morbū auxerint, & paupertatē lucrifecerint, nisi forte leuis est paupertas, ætatis & ingenii iactura. Gaudebat mulier, hoc bñficiū veluti suffurata à Christo, quē vt hominē sperabat falli posse, aut si nō falleret, sperabat pro sua bonitate pudori sexus indulturū. Dñs aūt magis cōsulens gloriæ dei, multorūq; saluti, quàm vni9 muliebri pudori: nō ignarus se fuisse cōtactum, neq; nō sentiens sanitatis beneficium ex eo cōtactu peruenisse ad mulierē, versus ad multitudinem à tergo prementem, ait: Quis attigit vestimēta mea? Porrò discipuli

nihil

nihil suspicantes eius quod acciderat, respōdēt domino? Vides turbā vndiq; prementem te, & rogas quis te contigerit? Qui legunt Euangeliū, cōtingūt Christum: qui consecrant, aut sumunt corpus sacrum, contingunt Christum: at non sanantur omnes, qui cōtingunt. Sola mulier, quę cum ingēti fiducia cōtigerat, sanata est. Iesus autem pro suo beneficio nihil aliud p̄mii flagitat, nisi confessionem mali, & agnitionē clementiæ diuinæ. Itaq; quum mulier pudore obticesceret, sperans se posse latere, Iesus circunferebat oculos in turbam, quasi noscitare studēs mulierē, quæ se cōtigisset. Hic circunspectus erat ciuiliter exigentis accepti beneficii cōfessionē. Nolebat eam prodere, ne videretur exprobrare beneficium. Mulier pudore fœminee silebat, non ingratitudinis vitio. Adhibitus ē stimulus, qui pudorem inutilem excuteret, salubrem eliceret confessionem. Quid enim nō potest intuitus Iesu? Sic intuitus est Petrum, & resipuit. Mulier autem sibi conscia, qualis venisset ad Iesum, & quid ab eo beneficii adepta esset, non ausa est dissimulare. Sed excussa muliebri verecundia, prodiit in conspectum Iesu, timens ac tremens: metuebat enim obiurgationem improbitatis suæ: accidit ad genua, & rem vt habebat omnibus audientibus enarrabat, nihil dissimulans, nihil fucis obnubilans de morbo diuturno, de medicorū arte frustrata, de furtiuo vestis contactu, de conⷨ

cepta

cepta fiducia. Huiusmodi cõfessionẽ amat dñs Iesus, quæ facit, vt & peccator agnoscat seipsum, & sanitatis restitutę gloriã oẽm deo tribuat, & multos ad similẽ fiduciam excitet: ad agnoscẽs a bono Iesu pficisci gratuitã salutẽ, nec referre quot aut qualibus vitiis laboraueris, sed quantum de dñi vel potẽtia vel bonitate cõfisus sis. Si clancularius est morbus animi, tu confitere Iesu, qui nõ pdit, qui nõ exprobrat, sed sanat. Si palàm est, coufitere palàm, vt queadmodũ exẽplo tuo multos ad peccãdũ pellexeras, ita cõuersus multos itẽ excites ad meliorẽ frugem. Excutiendus est pudor, q & deo suam inuidet gloriã, & proximo salutem. Gaudebis excussisse, posteaquàm senseris ex cõfessione cõscientię maiorẽ tranquillitatẽ, velut audieris à dño Iesu, qđ audiit mulier. Quid autẽ audiit? Filia tua de me fiducia restituit te sanitati, quam medicorum ars dare non potuit. Abi læto tranquilloq; animo, volo beneficium hoc tibi perpetuũ esse. Vides ne, audis ne hęc Archisynagoge? Tibi enim tuiq; similib9 agitur hęc fabula. Mulier inmedicabili morbo laborabat: proficerat in peius: ob insignem de Iesu fiduciam solo vestis contactu sanata est, & tu ceu medicum domũ accersis, iubes imponat manum, & celeritatem exigis. Dum mulieri respondet Iesus, superueniũt nuncii ab Archisynagogi domo dicentes: Filia tua defuncta est. Quid pergis frustra vexare magistrũ? His dictis Archisynago-

chisynagogus, qui prius ancipitē ac multo metu mixtam spem habebat, veluti desperans, nō audet amplius rogare dñm. Nuncii iubent desperare. Mortua est. Sic plerique homines solēt, de his qui in facinꝰ aliqđ ingēs prolapsi sunt, velut in adulteriū, incestū, aut furtū, aut homicidium. Cōclamatū est, nulla salutis spes ē. Iesus autē non patitur quenquā in desperationē venire, nisi qui recusat fidere. Iudæorū est desperare: Christianus, cui nota est dñi bonitas par eius potestati, nunquā desperat. Collabentē itaque spem Archisynagogi blando alloquio subleuat: Noli metuere, etiā si mortua est. Tātūmodo cōfide. Nō refert quantū sit malū puellæ, sed quod firma sit tua fiducia. Hæc loquutus, venit ad ædes Archisynagogi, ingressus est: sed foris relicta promiscua multitudine, ne discipulis quidē admissis, præter Simonē Petrum, Iacobū & Ioannē fratrē Iacobi. His comitātibus ingressus est domū Archisynagogi. Illic cōperit ambitiosum funeris strepitum, multitudinem cognatorum & cognatarum miserabili lamētatione deplorantē mortē prę maturā puellę. Solet eñi vulgus hominum acerbiꝰ ferre mortē iuuenum quàm senū, quum nihil sit optabilius, quàm tum emori, quū dulcissimum est viuere, prius quàm animꝰ multis huius vitæ malis cōtaminatus est. Nō enim refert quod diu vixeris, sed quàm bene. Iesus itaque docens, non esse deploranda funera inanibus næniis, compescit tumultū lugē-

Ingentium. Quid, inquit, ita tumultu cōpletis domū & ploratis? Puella nō est mortua, sed dormit. Nimirum dn̄o dormiebat, qui verbo poterat expergefacere multo facilius, quàm homo hominē excitat à somno. Et om̄ino somnꝰ imago quędā ac meditatio mortis est. Sōnus enim cōsopit animi vires, ac sensum adimit: qui si perpetuꝰ esset, vera mors esset. Caeterum qui astiterant puellae morieti, nō intelligētes quid sibi vellet hic Iesu sermo: deridebāt eum, qui crederet eam adhuc viuere, quā cōstabat expirasse. Hos om̄es abigit Iesus, qui tumultuoso ploratu, sed inani cōplebāt domum: & nō solū nihil adferebant salutis extinctae, verūetiam & dolorē parentū exacerbabant, & Iesum salutis autorem irridebant. Nihil opus tali turba, vbi peccato mortuꝰ animus ad innocētiae vitam est reuocandus. Fecit hoc tum Iesus in aedibus priuatis & aliens. Quid autē faceret, si videret quorundam vsq; ad insaniam ambitiosa funera? Cōducūtur qui ficte plorent, qui cieant eiulatus, qui lanient capillos, nōnunq̄ appositicios: qui percutiunt pectus, qui vulnerent genas, qui verba iactent plus quàm insana, ac diffidentiae plena. Admouent cadaueri lac, vt proliciant oberrantem animam. Inclamant nomine iterum atq; iterum: Redi Philippe, reuertere Philippe, redde te nobis Philippe. Obiurgāt exanime cadauer: Quur tuos deseruisti? Quur nos luctu voluisti occidere? Nihil tibi dee-

bi deerat ad suauiter viuendū, non opes, non generis claritas, nō honores, non forma, nō ætas. O te crudelem, ô nos miseros. Iam adde tubas, surdo canentes: adde cātores, qui lugubres nęnias frustra canant mortuo nō sentiēti: qui viuis dolorē non eximant, sed augeant. Adde lōgas daduchorum series, ad hęc ordines pullatorū. Quidam etiā equos pullatos in hanc pompam inducunt, qui gestent insignia defuncti, & ceruice tibiis alligata, prono capite videātur quasi requirere dn̄m suū, qui descēderit ad inferos. Ne cōmemorē epulas & sacra parentalia, superbas sumptuosásq; monumētorū structuras, quasi parū fuerit ambitionis & luxus in vita, nisi tales se declarēt & mortui. Hæc qūm ethnicis etiam paulo cordatioribus videantur insana, quāto lōgius oportet abesse à Christianorū moribus, qui omnes obdormiscunt potius q̄ moriūtur, ad tubam angelicā experrecturi in nouissimo die. Ergo vt ad narrationis ordinē redeam, eiectis his omnibus: Iesus adhibitis vtriusq; puellæ parētibus, ingressus est cōclaue, vbi corpus iacebat exanime. Hos enim voluit esse miraculi testes. Hic dn̄s arrepta puellæ manu, ait illi, velut excitaturus à somno: Thalita cumi: quod Syrorum lingua sonat: Heus puella, surge. Qui profundo somno premuntur, nōnunquàm expergefieri non possunt, etiam si semel atq; iterū inclames ac vellices: nec statim vigilant excitati, sed diu semisomnes,

oscitā-

oscitantes distendunt brachia, nutant capite, nōnunq̃ & mēto pulsant pectus, & nisi instes relabunt in som num. Hæc mortua cōfestim ad vocē vocātis Iesu sur rexit, & ambulauit: non solū rediuiua, sed & alacris. Agnouit enim animula, quæ pulsa morbo corpus re liquerat, vocē conditoris sui, & nihil cōtata reuersa est in domiciliū vnde demigrarat. Quo mors fuerat fle bilior ob tenerā puellæ ætatem: neq; eñ maior erat duodecim annis, hoc vberius erat gaudium de re su scitata. Huius spectaculi nouitas ingenti stupore affe cit patrem ac matrē puellæ. Iesus autem nec præmiū ab illis exigens, nec gratiarum actionē: tantum man dat illis, vt quo certior esset reddita mortuæ vita, da rent illi cibum. Nā edere non solum vitæ, verūetiam prosperæ valetudinis indiciū est. Præcipit & illud, ne quod paucis testibus ac priuatim gestum esset, effer rent in vulgus: siue quod malebat id qđ acciderat, p alios quos eiecerat euulgari, q̃ per Archisynagogū, qui maiore inuidia, sed minore fide præco fuisset do minici beneficii: siue quod præcipiēs sileri, quod scie bat eos non tacituros, nos docere voluit in omnibus benefactis fugiendā esse gloriam humanam. Quod si quis penitus introspiciat, quid arcanæ doctrinæ lateat in hoc miraculo, quādoqdē facta quoq; Iesu parabo læ sunt. Puella duodecim annos nata, ac vix dū pube scēs exanimata designat hoīem, qui primū, ac per im becilli-

becillitatē prolapsus sit in crimē occultū, & ob hoc, quoniā nondū perfricuit faciē qui cōmisit, nondū assuetudine collegit habitū, pudore facile sanari possit. In huiusmodi decet pastores/Iesu ciuilitatē imitari, qui domi paucis adhibitis arbitris nō magno negocio puellā erexit. Sic enim lapsis sufficit priuata obiurgatio, ne prolato in publicū crimine, vel pudorē exuant, vel immodica tristicia absorbeātur. Prim9 lapsus si per imbecillitatē accidat, facillime corrigitur. Difficilior est eius curatio, cui9 malicia iam in publicū emanauit: difficillima qui lōga peccandi cōsuetudine callum duxit. Et ideo puellā in priuatis ædib9, paucis admissis, verbo erigit. Cæterū adolescēs qui per baiulos efferebatur, maiusculo negocio reuocatur ad vitā. Plorat mater vnà cum turba comitante. Effertur adolescens. Primū audit mater, noli flere. Deinde cōtacto loculo sistuntur baiuli, mox inclamatur adolescēs: heus tibi dico, surge. Ille primū erigit sese ac residet in loculo, post incipit loqui. Tādē exiliens redditur matri. Cæterū Lazari monumentū, quasi nesciat, iubet sibi cōmōstrari, semel atq; iterum soluitur Iesus in lachrymas, ac turbatus infremit spiritu, iubet tolli lapis, valida voce euocatur, mortu9 prodit, sed vinctus. Tandē soluitur, & cibū capit. Christo quidē nihilo difficili9 erat suscitare quatriduanū cadauer, q̄ modo exanimatū, qui in supremo die per angeli vocē mortaliū oim

corpora, ante tot annorũ millia sepulta, reuocatur⁹ est ad vitã. Sed hac imagine nos docere voluit, quã ægre resipiscunt, qui diu vitiis assueuerũt : nõ vt de his desperem⁹, sed vt maturius studeamus resipiscere, maioríq; studio adnitamur, vt tales quoq; redeãt ad bonã mentẽ. Quin & illud annotatu dignũ arbitror, quod quũ Iesus à Geraseno dęmoniaco prędicari voluerit, Archisynagogo silentiũ præcepit. Siquidẽ inuida synagoga conata est obruere gloriã dñi Iesu, quæ post etiã cæsis apostolis denũciauit ne nominis Iesu facerẽt mentionẽ. Verũ nihil ꝑfecit horũ inuidẽtia. Quo magis illi cõtenderũt salutiferũ Iesu nomen opprimere, hoc latius prædicaẽ inter gẽtes. Silẽt sacerdotes, reclamant pharisæi, cõuiciãtur scribæ, deridet Herodes, sed laudant idololatrę, raptores, incesti, adulteri, p euãgelii gratiã à pristinis vitiis, velut à sæuissimis dæmoniis, subito liberati.

CAP. VI.

QVOCVNQVE locorũ, quacũq; occasione sese confert, aut recipit dñs Iesus, vbiq; sui similis est, salutẽ adfert, vt interim comites discipulos admoneat, nusquàm esse cessandum ab Euangelico negocio, sed semp hoc per omnẽ occasionẽ agendum, vt ex malis reddamus bonos, ex bonis, meliores, siue domi cõtingat viuere, siue peregre, siue in publico, siue in priuato. Quin & in nauib⁹, in vehiculis, in familiaribus colloquiis, in conuiuiis, deniq; & in iocis

ac lusibus, qui vere prædítus est Euãgelica bonitate, semper aliquos dimittit meliores. Iesus igitur, qui Gerasenos adire tẽtarat, ne videretur in alienos ꝓpensior q̃ in suos, relictis locis lacui vicinis, recepit sese in patriam suã. Nã hũc nominis honorẽ promeruit Nazareth, qđ illic dñs fuerit enutritus diuq́ȝ versatus. Comitati sunt illũ discipuli, iam assectatores ꝑpetui. Porrò quũ aduenisset dies sabbati, quo ex laudatissimo more Iudæi cõsueuerũt conuenire, nõ vt ineptus spectaculis, aut inanib⁹ fabulis, aut profanis lusib⁹, aut si peruacaneis cantiũculis sacrũ tẽpus fallerent, hoc est, perderent, sed religiosa confabulatione legem domini vel discerent, vel docerent: ingressus est & Iesus, exemplum hoc suis cõmendaturus, vt omnes intelligerent, quàm indecorum nobis esset futurũ, quũ Iudæis tanto studio fuerit, carnalem legem nec absolutam, nec perpetuo duraturam, & à Mose proditã per discere, si non pari vel attentiore cura philosophiã euãgelicã, ab ipso dei filio traditã, studeamus cognoscere. Quũ igitur doceret in synagoga Iesus, apud multos hoc ipsum eleuauit illius autoritatem, quod iuxta carnem notus esset. Nouerant tenues parẽtes, & humilem domũ vnde prodierat: de patre cœlesti, deq́ȝ domo æterna, vnde nr̃a causa descẽderat, ne per somnũ quidem aliquid suspicabãtur. Nouerant artẽ paternã, qua Ioseph familiã alebat, quã primis annis & ipse Iesus

exercuerat. Erat autē faber lignarius, opificio videlicet cōgruente ei, per quē pater cœlestis mundū hūc vniuersum fuerat olim fabricatus. Per fabrū conditū est genus humanū, per fabrū decuit & restitui. Proinde quib9 notus erat Iesus, qui vsq; ad annū fermè trigesimum vixerat apud suos, nihil pręse ferēs pharisaicę doctrinæ, quū audirēt eum magna cū autoritate docētem, quæ nunq̃ audierant à doctissimis pharisæis, vehemēter admirati sunt, dicētes inter sese: Vnde hic subito factus est alius? Vnde huic hæc omia? Et qđ est hoc nouū sapientiæ gen9, quæ data est illi? Et vnde tam præsens vis in ædēdis miraculis, quātū nec in vllo prophetarū audiuimus fuisse? Quū paucis mēsib9 abfuerit, quomodo repēte mutatus nobis rediit? An nō hic est Iesus ille, faber, & fabri Ioseph, Mariæq; tenuis & humilis mulierculæ fili9? Nonne & hūc nouimus, & totā illius cognationē? An nō hic apud nos viuunt, illi proxima cognatione iūcti, fratres & sorores? Itaq; subinuidebāt Iesu, nuper humili cognito, nūc repente sublimi. Siquidē scādalo fuit illis, nimiū nota carnis imbecillitas. Id quum intellexisset dñs Iesus, ait: Nusquàm propheta cōtemptior est, quàm in patria sua, & inter affines suos, ac domesticos. Male cōuenit spirituali negocio cum carnis affectibus. Nec omnino decet prophetam vere Euangelicum, qui docet huius mundi contemptum, qui promittit gaudia cœle-

cœlestis patriæ, qui docet renascẽdum eẽ p baptismũ in Christo Iesu, qui docet mortificãda mẽbra, q̃ sunt sup terrã, vt spiritu viuamus in cœlis: hic nosse patriã domũ, notos aut cognatos, aut amicos. Nec mirum, si terreni ciues nõ agnoscunt alterius patrię iã factũ municipẽ. Itaq; Iesus, quũ esset oĩpotẽs, & cuperet seruare quàm plurimos, non potuit illic apud suos ædere multa miracula, nimirũ obstãte notorũ & cognatorũ incredulitate. Quum enim apud alios genus oẽ morborum à plurimis facile profligasset, dęmonia eiecisset, leprosos sanasset, hic paucos dũtaxat ægrotos restituit, idq; manibus impositis. Iesus igitur velut admirãs suorũ tantam incredulitatem, discessit illinc, obambulans per vicos vndiq; vicinos, vbiq; spargens semen Euangelicum. Hoc facto, submonebãtur discipuli, ne in Euangelico negocio fiderẽt affectibus humanis: nam quod Iesu venit vsu in patria ipsius, hoc illis erat euenturũ in Iudæa: sed eò se cõferrent, vbicũq; viderent spem copiosi prouentus. Illic autẽ est fructus vberrimus Euangelicæ prædicationis, vbicunq; prona est credulitas. Ea nec est inter cognatos, nec inter pharisæos, nec apud reges. Contemnunt cognati, pharisęi inuident, reges irrident stulticiã crucis. Iam autem tempus erat, vt apostoli quos Euangelicę functioni destinarat, iamq; aliquamdiu assidui comites fuerant Iesu, pręluderent suo muneri, duciq; suo specimen ali- *Et conuocauit duodecim.*

cimen aliquod darent industriæ fideiq; suæ. Accersit igit ad se duodecim illos, quos ad hoc munus vt præstātissimos selegerat, simulq; collectos oēs eodē instruit sermone, ne qd inter sese discreparent ab eodē pcepto re missi, & iisdē mandatis astricti. Quóq; maior esset fructus, emisit illos binos: per iugū admonēs nos fraternę charitatis, sine qua nullus est Euāgelii fructus: ac veluti pfectis q busdam, suam cuiq; pari puinciam designabat. Nā id expediebat ppagando regno Euāgelico. Emisit aūt inermes ac nudos, ne quid hic in cœlesti negocio sibi vindicarent mundana psidia. Porrò ne leuis esset piscatorum & idiotarum autoritas, addidit illis, quod huius mundi monarchę suis legatis ac præfectis dare non possunt. Tradidit enim illis potestatē tollendi morbos, eiiciendi dæmones. Quid simile potest Cæsar? Vim auri, copias, secures, machinas dare pōt, quibus abundat ipse: cęterum nullus Cæsaris præfectus tantam habet potentiam, vt vel oculis lippis, inuocato Cæsaris nomine, mederi queat. Et hāc ipsam potestatē sic impartiit suis, vt ea gratis opitularentur oibus, quibus esset opus. Iam quo forent expeditiores ad munus, quod strenuum minimeque cessantem administratorem flagitat, præcepit eis, ne quid impedimentorum, cōmeatus aut armorum secum deferrēt in hac profectione, præter virgam tantum: nō peram reponendo commeatui: ac ne panem quidē, qui vel sine

pera

pera circunferri pōt:neq; zonas ære onustas:neq; tibias munirent ocreis,sed duntaxat sandaliis plātas pedum aduersus saxorum aut vepriū iniuriā defenderēt: simpliciq; veste cōtenti essent. Hęc instructio Iesu cōtēdebat,vt rudibus adhuc discipulis crassa quadā ratione inculcaret,eū qui suscipit functionē Euangelicā oportere vacuū & expeditū esse ab omni solicitudine rerū corporaliū,ne qd interueniat,qd' pfectū doctrinæ cœlestis remoret'. Vt negociū erat longe diuersum à negociis huius mūdi,ita legationis est noua species. Accipiūt doctrinæ formā, ne quid audeāt docere qd' à præceptore traditū nō eēt.Habebant hoc cum humanis legationibus cōe,in quibus capitale est prætereire præscriptum mandatorum. Ab vno mittuntur omnes pari potestate,ne qua nasceretur inter eos æmulatio.Bini mittuntur,vt fraternæ concordiæ meminissent,& frater fratrem subleuaret.Ad diuersa mittuntur loca,quo latius pateret Euangelii fructus. Additur potestas medendi morbis,sed in nomine Iesu,vt quemadmodum alienam doctrinam susceperant bona fide dispensandam,ita scirent esse domini virtute non ipsorum,qua morbos propellerent. Vetuit ne perā circūferrent,ne panē,ne pecuniā,ne binas tunicas, vt tota fiducia penderēt à promissione preceptoris sui, huius prēsidio cōfiderēt se tutos fore aduersus oēm violentiā aduersariorū,huius prouidētia scirent sibi nihil

defuturũ,qđ ad tẽporariam corporis necessitatẽ atti-
neret.Porrò quũ voluptati nihil sit satis,necessitati na
turę minimo satisfit.Nec enim dñs hoc aĩo loquutus
est ista,quasi fas nõ esset vnq̃ futurũ eos,qui tractant
rẽ Euangelicã,aliquid necessarię sarcinulę aut pecunię
secũ ferre,quum id nõ vereantur & hodie facere apo
stoli.Imò fortassis plus laudis mereat̃,si quis suo sum
ptu doceret Euãgeliũ.Sed hoc genus hyperbolis vo-
luit suis crassis adhuc & rudib9 penitus eximere solici
tudinẽ eaꝝ rerum,quæ solẽt remorari animum,cœle-
ste quippiã molientẽ.Alioqui sciebat illis in mentem
vẽturũ:Mittis nos ad regiones ignotas,exponis nos
nudos & inermes variis periculis.Sed quis pascet,si fa
mes:quis defendet, si qua vis:quis vestiet,si rigor ici
derit? Vis nos docere gratis, & vis sanare gratis. At
multis rebus eget,quĩ viuit peregre.Hanc solicitudi-
nẽ anxiam & sordidam,quã plerũq; ex diffidentia na
scitur,Iesus studuit ex animis suorum reuellere,vt ta
lis negocii magnitudine indignam. Porrò sermonis
tropus ad hoc valet,vt altius insideat animis rudibus,
quod traditur.Neq; enim peccaret,si doctor Euange
licus apud Getas veteretur calceis,aut duabus tunicis:
aut si ad Libycas harenas,aut inhospitalem gentem
profecturus, cõmeatus atq; etiam pecuniæ nonnihil
secum ferret.Sed quicquid remoratur Euangelii pro
fectum,reiiciendum est.Iam mihi cogita,quanta sar-
cina

cina grauati pficiscant̄ ad Euangelicum negociū, qui regales opes circūferunt, qui dignitates, qui voluptates huius mūdi, qui vindicādi libidinē, si quid occurrat molesti, secum portant. In animo sarcina est potiꝰ quàm in peris aut vestibus. Has sarcinas oēs qui non abiecerit, nō est idoneꝰ legatus Iesu Christi. Itidē tropus est in his, q̄ pmittit, permittit enim virgā & sandalium. Leuissimū enim calciamenti genus est sandalium, & sic pedes defendit ab iniuria, vt nō impediat celeritatē. Idem itaqꝫ monet, qui permittit sandalia, & qui vetat vti calceis: prohibet enim cessationē, & hortatur ad celeritatem. Rursus idem monet, qui permittit virgam, & q adimit baculum. Etenim virga sublevat ambulantē, nec remorat̄ iter, sed pmouet. Baculus aūt vt onerat, ita aduersus vim gestari solet. Itaqꝫ qui cōcedit virgam, ac præterea nihil, & qui interdicit baculum, vult Euangelicum prçconem nō alio prçsidio securum esse aduersus malorum insultus, quàm præsidio Christi. Virga viatori conuenit, baculus pugnaci. Porrò qui tractat rem Euangelicam, semper progredi debet ad perfectiora, ab vlciscendi studio debet quàm longissime abesse. Hac igitur solicitudine reuulsa ex animis apostolorum, pergit illis cōmonstrare rationem, qua futurum eēt, vt nihil esset necesse talium rerum cura torqueri. Ne sitis, īquit, soliciti, neqꝫ de diuersorio, neqꝫ de cibo. Sed ingressi vicum aut

ciuitatem,

ciuitatem, quæcunque domus vos exceperit, etiã si sit tenuis & humilis, illic permanete, donec alió vocante Euãgelii pfectu, visum fuerit inde discedere. Pauci & paruo contenti, non eritis cuiquàm graues hospites. Vix fieri poterit, vt vsquàm sit tam deplorata ciuitas in qua nullus reperiatᷣ, qui tales hospites nõ sit cupide recepturus, quũ sint qui medicũ magno conducant, & è longinquo accersant. Quod si domus aut ciuitas cõtigerit tam ingrata, vt vos vltro deferentes cœleste munus, quo sanenᷣ & corpora & animi, nõ recipiãt, nolite ob paucoꝝ duritiem desistere à suscepto negocio, sed ad tẽpus relicta ea ciuitate, pergite ad alias, verũ exprobrata prius sua demẽtia iis, q vos noluerant recipere. Exeuntes enim in plateas, excutite puluerem, pedibꝰ vestris hærentẽ, vt meminerint & intelligant venisse, qui gratis salutẽ obtulissent, nũciumque multo omnia lætissimũ: nec tñ bonũ vllo pmio pẽsari posse, nec inuito cuiquàm aut fastidioso mercẽ tam pciosam obtrudendã eẽ: sibi imputẽt exitium suum, q perire maluerint, quum licuerit sanari: vos nihil aliud venatos esse apud illos nisi salutem proximorum, vt ne pulueris quidem iactura volueritis illos afficere. Hæc superbia decet meos legatos aduersus contumaces ac fastidiosos. Vnum autem illud illis abeuntes vel nolẽtibus ingerite, dicentes: Scitote iam adesse regnum dei, siue recipitis, siue non recipitis: si recipitis, vestro bono

bono venit:sin reiicitis,magno vestro malo:tñ ventu rũ est.Hoc viatico instructi legati Iesu,reliquerũt dominũ suum,ac sicut erant iussi, ꝓuocabãt oẽs ad pœnitudinẽ vitę superioris:iam enim adesse regnum dei quod per fidẽ Euãgelicã adferret oĩbus perfectã iusticiã.Nam id Euangelicæ ꝑdicatiõis & caput est & initium,credere qđ audis,& fidere ꝓmissis.His atq; huiusmodi multis sermonib⁹ quum diligẽter instruxisset suos dñs Iesus,ꝓfecti sunt duodecim regni cœloꝶ proceres,& successit res:denũciabãt oĩbus vt pœnitẽtiam agerent ante actoꝶ malorum,neq; quisquã in fideret suis factis,sed tñ promissis Euangelicis. Et inuenerunt,qui prędicationem pronis acciperent auribus.Nec defuit miraculorum parata vis, quæ fidem conciliaret dictis hominum quàmlibet humilium & ignotorum.Vngebant oleo ægrotos, & sanabantur: iubebant in nomine Iesu exire spiritus noxios,& exibant.Non erat illud oleum pharmacũ (quis enim eodẽ pharmaco medetur morbis omnibus?) sed sacramentum.Oleum visibile inungebatur cuti, & sanabatur corpus:sed oleum Euangelicæ gratię per vnctum nostrum Iesum erat inungẽdum animis,mox à morbis vitiorũ sanandis.Ita nec magorũ erãt preces,quibus exigebant dæmones,sed verba erãt Euãgelica fide efficacia.Nimirũ hęc erat vis regni cœlestis.Quid humilius,qđ cõtẽptius apostolis?Sed quo minus erat

illis

illis roboris, hoc magis liquebat virtutis esse diuinę, quod agebāt. Nec opes habebant, nec literas, nec magistratū, nec satellitium, nec generis claritatē, nec famā nec autoritatem. Nihil habebāt, nisi simplicē fiduciā erga nōdum satis cognitū Iesum. His rebus indies magis ac magis inclarescebat fama Iesu, adeo vt nomen eius innotesceret ēt Herodi regi. Iesus enim serius innotescit regib⁹, quibus oportuit maxime, nec vllis infelicius. Quum autē Iesu miracula tam essent crebra, tā͞q euidentia, vt nemo posset causari cōmēticia: tam salutifera, vt nullus calūniari posset ea per malos dæmones geri: quū͞q multi varias sentētias pferrent de dño, tandem & suā deprompsit Herodes: Ioānes, inquit, resurrexit à mortuis, & ob hoc nūc pollet ædēdis miraculis. Rursus alii, sumpta cōiectura ex vaticinio Malachię, dicebāt Iesum esse Heliā, cui⁹ reditus pmittit̄ ante diē dñi magnū & horribilē. Erāt qui negarēt illū eē Heliā, cuius apud Iudęos summa erat autoritas, sed vnum quempiam ex mediocribus prophetis, qui reuixisset. Quorum sententiis auditis, Herodes perstitit in sua, dicens: Imò hic est ipse Ioānes, quem ego decollaui. Is reuixit, ac iam diuus factus operatur humanis viribus superiora. Nullus erat horum, qui non crederet reuiuiscere corpora. Et hodie tamen multi sunt, qui negant reuixisse Christum. Atq; hic vt intelligas, quàm sint impiorum præpostera

postera indicia. Ioannē, qui nullis miraculis inclaruerat, credūt reuixisse. Iesum, cuius tot modis diuina virtus declarata est, pertinacissime negāt reuixisse. Quin etiā regum impiorū stoliditatē cōsidera, fatetur Herodes Ioannē reuixisse, fatetur illum nūc demū plus valere ꝙ valuerat viuus, & tamē propemodū iactat, qđ illum occiderit, paratus eum & rursum occidere, si licuisset. Tanti facinoris occasionē audire est operæpretium. Nā Herodes incestæ mulieris instinctu iussit apprehendi Ioannē, ac detrudi in vincula, nō ob vllum crimen, sed propter Herodiadē Aretæ regis filiā, quæ quum prius esset locata Philippo tetrarchæ Ituræ & Trachonitidis, orta simultate abduxit à genero, cui iā peperat filiam, & huic Herodi fratri Philippi, sed inimico, matrimonio iunxit. Ioānes autem, quo magis Heliā referret, qui magna libertate reprehēdit Achab & Iezabelam, nō tulit incestum cōiugium, dixitq́ꝫ regi: Nō est fas te domi habere coniugem fratris tui, nec sterilis, & adhuc superstitis. Herodias autē, quæ iam exciderat à priore matrimonio, metuens ne Ioannis opera ab hoc quoqꝫ excluderetur, insidiabatur ei, captans occasionem occidēdi illum, nec succedebat. Herodes enim, tametsi non amabat ex animo Ioānem, tamen verebatur ac metuebat illū. Ea vis est veræ virtutis, vt etiā regibus sit formidabilis. Sciebat enim illum virum iustū ac sanctum, & obseruabat eum, mul

tisq; in rebus illius cōsiliis obtemperabat, ac libenter eum audiebat. Hęc obstabāt, quo min9 impia mulier posset Ioānē extinguere. Aderat malus anim9, sed deerat occasio, quæ tantū deest malis vt lædant. Dies natalicius Herodis ad impiū facin9 idoneus aduenit. Decuit enī impii regis natalē, sanctissimi viri morte funestari, mediumq; luxū ac delicias aulicas crudeli morte innocētis inquinari. Quū igitur magno luxu, fastuq; instructa cœna natalicia exhiberetur principibus, tribunis ac primatib9 Galilææ, quo plures haberet suæ crudelitatis testes, ingressa est cōuiuiū puella Herodiadis ac Philippi filia, vt indecora lasciuaq; saltatione delectaret conuiuas. Quo turpi9 saltabat, hoc magis placuit cōuiuis, ac regi iā bis insano, vt qui præter amorem incestæ mulieris etiā vino incaluerat. Itaq; regali magnificētia dixit puellæ: Posce à me quicqd voles, nihil enī frustra poposceris. Quoq; maiorē fiduciam adderet puellæ petēdi quicqd collibuisset, temulētum pmissum iureiurando cōfirmauit: Quicqd petieris, etiā si dimidiū regni mei petieris, dabo tibi. O vocē stultissimo ac temulento rege dignā. At puella, quēadmodū hāc fabulā matris instinctu cœperat agere (nā illa diē, locū, & horā obseruarat, illa saltatriculā instruxerat) nō audet ilico pnūciare quid peteret, sed egressa è cōuiuio cōsuluit matrē, dicens: Iureiurādo rex cōfirmauit se daturū quicqd petiero. Quid igitur petā?

Hic

Hic merito locus erat hæsitãdi, ne tãta periret opportunitas. At incesta mulier nihil cunctata, neq; quicquã charius habẽs morte sanctissimi viri, respõdit: Pete caput Ioannis baptistæ. Et ô docilẽ ad flagitiũ ac morigeram filiã. Ilico reuersa est in cõclaue. Submonuit & hoc mater vt pperaret, prius q̃ ille feruor animi regii refrigesceret. Adit itaq; regem, & incestæ saltationis præmiũ poscit, dicens: Vnicũ dũtaxat missum peto. Volo vt ptin9 des mihi in disco caput Ioãnis baptistæ. Hic mihi vide præposterã regis impii religionẽ. Quũ nihil sit illis familiarius, q̃ omnia fœderũ ac religionũ vincula dirũpere, hic irreligiosa religione stultissimi iurisiurãdi cõstrictus est, præsertim qđ tot testibus prodidisset. Itaq; ne videret̃ parũ bonæ fidei, si quod forte per regium diadema, aut genium suũ, aut saltatriculæ caput iurasset, nõ præstaret: neue parum humanus, vel puellam tristiorem dimisisset, vel conuiuarum quibus puella placuerat, hilaritatẽ aliqua mœroris nubecula offuscaret. O fidem ac religionem, ô ciuilitatem atq; humanitatẽ annalibus dignam. Nulla mora, mittitur carnifex, adfertur sacrum caput innocentissimi viri, veluti missus quidam, in disco. Traditur puellæ, puella reddidit matri suæ, munus dimidio regni charius. Hoc tam funesto spectaculo stultus & insanus rex gratificatus est incestæ mulierculæ, natalem'que diem honestauit. Rex occidit, carnifex

adfert

adfert caput, puella impetrat, ad matrem horũ malorum artificẽ ac fontẽ redit ferale præmiũ. Et ô côuiuas interim tali conuiuatore dignos. Nullus erat regi tam amicus, qui rem tam nefariã interpellaret. Et postea miramur, si reges aliquando audent nefaria, quũ tales habeant animos, incestis amorib⁹ & crapulæ deditos, conuictores vel timidos vel crudelitatis fautores. Hui⁹ facti rumor quũ peruenisset ad discipulos Ioãnis, abstulerũt corpus eius, & honorifice dedere sepulturæ. Quanq̃ in his rebus latet aliquid recõditioris sensus. Ioãnes tametsi legis typũ gerebat, tamẽ vt euãgelii præcursor Euãgelico præmio donatus est, nimirum gloriosa morte, sed tamẽ diuersa à morte dñi. Siquidẽ huic clàm amputatum est caput, iam aliquãdiu vinculis astricto in carcere. Christus palàm sublatus est in crucẽ. Carceris tenebræ congruũt legis vmbris ac figuris, eas oportebat cedere luci Euangelicæ iam exorienti. Et imminui côueniebat ceremonias carnales, vt augesceret spiritualis libertas: & astringi oportebat qđ erat timoris, vt latius sese panderet fiducia, & charitas Euangelica. Deniq; decebat amputari caput humanũ, ne quod iam caput agnosceret ecclesia, præter vnũ Iesum. Itaq; lex quodãmodo occisa, & cum honore elata, locum dedit dño Iesu, spirituale philosophiam prædicaturo. Etenim qđ Euãgelio fidim⁹, magna ex parte debemus veteri testamẽto, qđ nobis tot

retro

retro sæculis Iesum Christum vmbris ac figuris deliniauit, prophetarū vaticiniis promisit ac depinxit. Dum hęc agūtur, redeunt à peracta legatione apostoli, & simul sese cōgregant ad Iesum, totius negocii caput. Ab eo proficiscūtur omnia, ad eūdem omnia referantur oportet. Ab eo mādatis acceptis discesserant cōcorditer, vt in vnius nomine pariter agerent quicquid agerent, ad eūdem cōcorditer redeūt, cupientes approbari quod gestum erat. Exponūt itaq; totius legationis historiam, magna alacritate cōmemorantes singula, quæ docuerant, quæq; gesserant, & quàm res ex animi sentētia successisset. Dn̄s autem cōprobata illorum syncera fide, sed cohercita gloria, abduxit illos in locum solitariū, in desertū vrbis Bethsaidæ, vt aliquantulum refocillarētur à tantis laboribus ac respirarent. Nō datus est secessus ad voluptatibus laxandum animū, sed ad secreta precatione vegetandū renouandumq; spiritus vigorem mox recursuris laboribus. Nam doctori Euangelico sanè quàm leuis debet esse cura corporis. Porrò qui fungit᷑ apostolico munere, quoniā cum infirmis ac firmis, cū doctis & indoctis, cum bonis ac malis rem habere cogitur, fieri non potest, quin interdum ab illa perfecta tranquillitate mentis nōnihil labefactetur. Id quoties accidit, ad secretas & intentissimas preces, ad purissimā rerum cœlestiū contemplationem animus est traducēdus, vt mox ve-

Et cōuenient tes apostoli ad Iesum.

getior factus, ad iuuandū proximum redeat. Siquidē vbi tum tēporis offenderunt dñm Iesum, innumera hominū turba ventitabat ad Iesum, vt æstuariæ quædam vices viderentur venientiū & abeūtiū, qui adeo nullam quietē permittebāt apostolis ex itinere lassis, vt ne cibi quidē sumēdi daretur spatium. Itaq; dimissis turbis & conscensa naui, petierunt litus Bethsaidæ vicinū, atq; inde in locum desertum sese cum dño receperūt. Verum nec hic cōtigit diu latitare. Nec enim potest abscondi lux Euangelicæ veritatis. Secessus hic nihil aliud, quàm irritauit, & acuit hominū desideria. Obseruatum est à quibusdam, quò se contulissent, nimirum in desertū spectans ciuitatē Bethsaidæ: moxq; rumore sparso quod illic ageret, magna vis promiscuæ multitudinis ex omnib⁹ vicinis oppidis eò pedestri cōtendit itinere, sic vt prius eò pedites peruenerint multi, q̄ ipse dñs cum discipulis, etiam nauigatione adiutis. Dicas adesse tempus, quo vi pararent irrūpere in regnū dei. Iesus vbi sensit innumeram hominū multitudinem vndiq; difficili ac pedestri itinere cōfluxisse, adeo non subduxit sese, nec abegit importunos, vt è secessu suo velut obuiam prodierit: nimirū hoc interim agens, vt variis modis formaret discipulos suos, & institueret ad prōptitudinē sine cessatione promouendi negociū Euangelicū. Itaq; progressus clementissimus Iesus, vbi cōspicatus est numerosam quidē,

sed

ſed promiſcuam & incõpoſitam turbam puerorũ,virorum ac mulierũ, tactus eſt miſericordia,ac ſyncerũ animi dolorem ipſis oculis,ipſo vultu,atq; ipſa,quod aiunt,frõte præ ſe tulit, fingens ac formans affectum doctoris Euãgelici. Sitiebant ſalutarẽ doctrinã. Id arguebat itineris & celeritas & difficultas. Amor pedibus alas addiderat,ſed erant velut oues huc & illuc palantes ob boni paſtoris inopiã. Siquidem ſacerdotes, phariſæi & ſcribæ, neglecto grege, paſcebant ſemetipſos. Ieſus itaq; miſertus ſimplicis & incõditæ multitudinis,cœpit agere fidum paſtorem. Primum multo doctrinæ ſacræ pabulo refecit illorũ animos,mox ſanabat,quos ſecum adduxerant,ægrotos. His rebus quũ iam multum temporis conſumptum eſſet,iamq; res ipſa moneret,corporis quoq; cibo reficiendã eſſe multitudinem, diſcipuli præceptoris clementiam imitantes,ſubmonẽt illum: Dñe vides infinitam multitudinẽ,abſq; cõmeatu huc vſq; profectã. Et locus hic deſert⁹ eſt,iamq; tẽp⁹ reficiẽdi corpora pteriit. Obliuiſcũtur ſui,tuis ſermonibus inhiãtes,nec poſſunt diuelli. Itaq; dimitte illos,vt eant in proximas villas ac vicos,emãtq; ſibi cibos quos edãt. Tũ Ieſus,inſtituẽs ſuos,quõ ſit paſcẽda multitudo,reſpõdit: Quin poti⁹ vos qui paſtores eſtis futuri,nũc agere paſtores cõſueſcite, ac de vr̃o date illis qđ edãt. Porrò diſcipuli nõdũ itelligẽtes quò tẽderet hic ieſu ſermo,p rudi captu

suo responderūt: Rem mādas nobis impossibilē, scis enim, q̄ tenuiter simus instructi viatico. An ibim⁹ & ducētis denariis emem⁹ panes huic multitudini, adeo nō suffecturos ad satietatē, vt singuli vix paulū quidam gustaturi sint? Tum Iesus, paulatim animos illorum miraculo præparans: Quot, inquit, panes habetis? Quū nō haberent in promptu qđ respōderent: Ite, inquit, & inspicite q̄ sitis instructi cōmeatu. Inspiciunt, & renūciant esse quinq; panes ac duos pisces. Non latebat dn̄m, quantū haberent, sed voluit apostolis exploratam esse paucitatē, quo magis agnoscerent in miraculo virtutē diuinā. Quoq; magis etiā animaduerterent quāta esset hominū multitudo, præcepit vt omnes iuberent in virēti gramine discūbere, sic distributos in sodalitia, vt in singulis centum aut quinquaginta simul accūberent. Paruerūt apostoli dn̄o, populus paruit apostolis, tāta erat fiducia in pastore Iesu. Is igitur accepit quinq; panes ac duos pisces, & ex more sublatis in cœlū oculis, gratias egit patri, cui⁹ beneficio sic procederet negociū Euangelicū. Deinde fregit panes, tradiditq; discipulis, vt apponerēt multitudini. Similiter & pisces partitus in partes tradidit discipulis, omnibus distribuendos. Refecti sunt omnes ad saturitatem vsq;, & adeo nihil cuiquam defuit, vt peracto cōuiuio apostoli ex reliquiis, iussu dn̄i collectis, impleuerint cophinos duodecim. Porrò numerus

rus multitudinis, qui facile poterat deprehendi ex distributis per viridaria sodalitiis, erãt quinq; viroꝝ milia, pręter pueros ac mulieres. Hoc miraculo Iesus & apostolis suis formam pscripsit, pabulo sermonis Euãgelici pascendi multitudinẽ, & anxiã solicitudinẽ exemit parandi cõmeatus. Quisquis igiť es episcop9 ac pastor gregis dominici, noli sic cogitare: sum legis diuinæ pfessor, sum arcanoꝝ voluminũ peritissimus interpres. est abunde qđ doceã, populoq; quãuis esurienti ẽ diuite cõfertoq; eruditionis meę penu depromã. Inspice potius & agnosce quàm sit tibi domi cõmeatus exilis, quẽ & ipm, quãtus quãtus est, dño debes. Veꝝ hoc ipsum facultatis, qđ habes, offer manibus Iesu, roga vt ille cõtrectet ac frãgat: deinde qđ ille tradidit, sic vt tradidit appone populo, tanquàm domini cibũ, nõ tuũ: & appone nihil hęsitans, nihil diiudicans, nihil tuis fidens viribus, ita demũ erit Euãgelicũ cõuiuium: & salutari pabulo per idiotã magis reficienť & explebunť animi credentium, quàm si pharisæus supstitiosus, aut philosophus arrogãs, aut orator eloquẽs meditata accurataq; oratione sese venditaret multitudini. Porrò qm̃ ante iussit illos nulla prouidentia cõmeatus accedere ad Euãgelii negocium, nũc ipsa re declarauit, nihil defuturum iis, qui dum toto pectore sunt intenti regno dei & iustitiæ eius, negligunt ista temporaria, quorum solicitudine vulgus hominum

minum misere discruciat̃,modo adsit fiducia simplex
Et stati erga dominum Iesum. Leue beneficium erat saturasse
coegit. famelicos, præ his quæ quotidie præstabat illis beni
gnissimus dn̄s. Longe benignius est pauisse mẽtem,
quàm ventrẽ. Et tñ hoc qđ est minimũ, crassum vul-
gus, vt est p̄postero iudicio, solet plurimi facere. Iesus
igit̃ cognoscẽs futurũ, vt crassa multitudo iam satura
de regno ipsi deferendo cogitaret, cõpulit discipulos
suos, nã egre diuellebant̃ à tam amabili dn̄o, vt con-
scensa naui, trãsmissoq́ꝫ lacu p̄cederẽt Bethsaidam, dũ
interim ip̄e dimitteret multitudinẽ. Ea dimissa, furtim
subduxit sese in montẽ, vt ibi solus deprecaret̃ patrẽ:
vt queadmodũ bene cœperat negociũ Euãgelicum,
ita p̱grederet̃. Interim appetebat nox, & discipuli si-
ne præceptore nauigabant in medio lacu. Et oborta ẽ
tempestas. Quid ni nox sit, vbi nõ adest ille sol & lux
mundi Iesus? Quid ni periclitetur nauis, in qua non
est Iesus? Quid ni turbentur apostoli, quum abest il-
le consolator omnitũ Iesus? Quid ni venti reflãtes suc
cessum remorentur humanę industriæ, nisi p̱moueat
Iesus? Abest ille quidem nonnunq̃, sed non destituit
suos in finem. Ad tempus videtur interdum destitue
re, vt exerceat rebus aduersis, vt instituat ad firmam
de se fiduciam. Iam enim è monte descenderat, iã sta-
bat in litore, sed solus. Nõ videbatur à discipulis, sed
ipse tamen videt eos. Non oportet igitur despondere
animum

animũ in rebus quantũlibet turbatis atq; cõmotis: hac certa fiducia cõcepta aio, quamuis nusquàm sese ostẽdat dĩis, tñ suis nõ defuturũ quum tẽpus postulat. Iam enim astat in litore, & videt eos laborantes in remigãdo. Nam ventus erat aduersus. Quum itaq; sic aliquãdiu luctati fuissent aduersus vndas & vẽtos huius mundi, nec multum abessent à desperatione, circa quartam noctis vigiliam, hoc est, sub diluculũ, venit ad eos Iesus, non vectus naui, sed placide ambulãs super vndas (agnouit enim elemẽtum cõditorem suũ) acpræ se ferebat quasi vellet eos præterire. Sic enim patitur aliquãdo suos hærere in malis, quasi negligat, quum non deponat vnquàm curam illorum. Apostoli quum per tenebras vidissent eum ambulãtem super aquas, obliti tot miraculorum quæ viderant, credentesq; non posse fieri, vt solidum & graue corpus hominis liquidum elementum sustineret: suspicati sunt esse spectrũ inane, quod oculos vana specie deluderet. Igitur expauefacti, prę metu exclamarunt. Nam speciem Iesu videbant omnes, nec tamen Iesum eẽ credebant. His formidabilis est dominus, qui vltorẽ esse credũt, seruatorem esse nesciũt. Nec enim agnosci potest ĩ huius mundi tenebris, nisi ipse sese nobis insinuet. Iõ passus est igitur suos diutius exanimari metu, secõ rotinus voce iam non ignota cõpellauit eos, dicẽs: ſtote forti animo: ego sum: nolite timere. Et ingressus

k 4 gressus

gressus nauim iunxit se discipulis suis,atq; ilico cōse dit tēpestas. Iā pauori successit admiratio, quomodo corpus humanū posset ambulare super elemētum fluidum. Tanta erat discipulorum tarditas,tāta ruditas,tantaq; obliuio,vt nō veniret illis in mētē vel illud miraculū,qđ paulo anteviderāt,quinq; panibus ac duobus piscibus saturata tot hominū milia. Tāta'q; erat calgo cordis,vt p stupēda re ducerēt,quod Iesus ambulasset sup vndas:quū longe pdigiosius esset,tātulo cibo tantā saturare multitudinē. Hanc tarditatē dñs in suis hærere pmisit,vt & ipsi cōsuescerēt imbecilliū fere tarditatē, donec pficerent. Peruentum est ad litus diluculo:appulerunt autem in terram,quæ dicitur Genezareth,ad portū destinatū. Vix ingressus est in terrā, aderant ex incolis qui agnoscerēt Iesum. Iā enim eu perat sol,& abierat nox,quæ occuparat discipulorum animos. Obseruabatur enim à multis,quocūq; se ō ferret. Iam enim plurimis innotuerat etiam de face, sed multo latius sese fama miraculorum doctrineq; sparserat. Porrò qui viderant & agnouerāt,perinde quasi velut exploratores venissent,continuo relicto eo percurrentes totā illā regionē,renūciarunt adesse Iesum. Ad eū rumorē plurimi cœperūt ægrotos in grabatis circūferre. Et quocūq; se cōferret Iesus,siue in villas siue ī vicos,siue ī ciuitates,aderat īportuna turba, magis solicita de tollēdis morbis corporū q̃ iorū, ac miranda

ac miserāda spectacula variis morbis laborantiū expo nebāt ĩ plateis, ac ꝑtereuntē Iesum deprecabanť, vt li ceret vel fimbriā vestis eius contingere. Tantus enim erat turbæ tumultus, vt vix hoc cuiuis dari posset. Ne que enim hæc erat Iesu difficultas, qui nec leprosum grauatus est tangere: sed fiduciæ delectabatur exēplo, quod oĩbus volebat esse commēdatum. Quid ni cō/ mendatū sit? Quotquot contingebant Iesum, sanabā tur, quocūq; genere morbi tenebanť. Illi fidētes con tingebant fimbriā vestis, quę postea cessit his, qui cru cifixerāt eū, & leuabātur morbis corpoꝝ: quanto ma gis adnitendū est oĩbus, vt Iesum ipsum contingant animo: & sanenť à morbis aĩoꝝ: Nihil valet cōtactus sine fide. Nudum Iesu corpus cōtrectarūt, qui impe/ gerūt alapas, qui vinciebāt, qui flagellabant, qui suffi gebant in crucē: neq; cuiquàm hoꝝ profuit contigis se. Legis Euāgeliū, contingis quidem Iesum: sed legis vt refellas: aut legis oscitanter, frustra cōtingis Iesum. Lege syncera fiducia, mox sanaberis. Sed deꝑcandus est Iesus, vt liceat cōtingere. Frustra contingit, quē il/ le non cōtigit prior. Si non potes assequi reconditam illā sapiētiam, quā Paulus loquitur inter perfectos, vel fimbria contacta restituet sanitati, si fides adsit ĩtegra. Nihil tale præstare possunt, quantumlibet latæ phari sæorum fimbriæ. Nihil est in domino Iesu tam humi le, quod per fidem nōn præstet salutem.

CAPVT

CAPVT VII.

ATq; hic fuit Euãgelii successus apud simplicẽ & credulã turbã. Sed nõ idẽ ẽ apud scribas & pharisæos, qui religionis totius, ac doctrinę arcẽ sibi videbant̃ obtinere, ac plebeios idiotas vix ducebant pro hominibus. Nã sacerdotũ vix vsquàm vlla mentio, nisi quũ perdẽdus esset Iesus. Proinde queadmodum in comœdiis variant̃ scenæ, vt ex personarũ ac rerũ collata diuersitate, singula magis elucescant: sic in negocio Euangelico dñs Iesus ita tẽperauit vices omnium quę gerebant̃, vt ex perspecta simpliciũ atq; ẽt ethnicorũ credulitate, liqueret oĩbus, quàm esset insanabilis eorum peruersitas, per quos conueniebat aliorum incredulitatem corrigi. Rudibus ac plebeis ad salutem sufficit contacta vestis fimbria: pharisæos nec intellecta prophetarum oracula, nec audita toties Iesu doctrina cœlestis, nec tot conspecta miracula corrigunt. Commodum igitur, his rebus gestis, cõueniũt eòdem aliquot pharisæi & scribæ, venerabile nimirũ ac suspiciẽdum genus hominum, atq; hoc magis, qđ venissent ex Hierosolymis, vbi fontem pietatis, ac sacræ doctrinæ volebant esse: quum illic esset fons & caput omnis ambitionis, hypocriseos, & impietatis. Hi quum sibi iusti doctíq; viderentur, non veniunt vt discant, non vt sanentur, sed vt calumniẽtur. Et ecce ꝓtinus parata calumniandi ansa. Eam porrigit auidis ceremo-

ceremoniarum superstitio, vnde ferè nascitur omnis inter homines cōtumelia. Iudæi cōmune vocant, quicqd profanum est, & impurum, nimirum abominātes omnem immūditiem, & hoc agentes, ne quid impurum vsquā videant̄ habere. Atq; hanc puritatē non animi synceritate, quæ sola veráq; puritas est apud deū, sed corporalibus ceremoniis metiebant̄. Quarū aliquot & Mosi lex præscripserat, non vt perpetuo obseruarētur: sed partim vt ad tēpus populus rudis & intractabilis cōsuesceret obtēperare pceptis diuinis: partim vt huiusmodi velut vmbris ac rudimētis paulatim instituerētur ad ea, quę sunt verę pietatis in animo sitę. Porrò quidā nō his cōtenti q̄ lex pscripserat, innumeras constitutiones de suo adiecerant, quas pharisæi seuerius exigebant à populo, quàm ea quæ deus prçceperat, semper & apud oēs obseruāda. Et ex huiusmodi nugis vindicabāt sibi laudem sanctimoniæ, populóq; stultā sanctimoniæ psuasionē inducebāt, quódq; sceleratius est, ex his, quæ nihil faciebāt ad veram pietatem, impietatis calumniam struebant proximo.

Quum enim vidissent aliquot ex Iesu discipulis sumere cibum manibus illotis, hoc est, quemadmodū illi loquuntur, communibus & impuris, vituperabāt illos, quasi parum religiosos, simul'q; præceptorē qui suos parum sancte institueret. Nec ideo damnant, qđ vel per se vitiosum esset, vel à deo vetitum, sed quia

dissidebat

diffidebat ab ipsorũ cõsuetudine. Est aũt hęc pessima iudicandi regula, ideo dãnare quippiã, qđ ipse nõ soleas idem facere. Fit enim sæpenumero, vt quę stultissima sunt, irrepant in publicam cõsuetudinẽ, quã nõ oportet facere regulam pietatis, quũ ex veris ac præscripto dei sit ęstimãda puritas. Cõtrà scribę ac pharisęi, atq; adeo oẽs ferè Iudæi, stultissime iudicantes aĩ puritatẽ in rebus corporalibus esse sitam, adeo supstitiose seruabant morẽ à maiorib9, nõ à deo traditũ, vt etiam si fame periclitarent̃, nõ caperent cibũ, nisi pri9 lotis manib9. Et si sæpius in die capiẽdus sit cib9, crebro lauant manus, atq; ita se puros arbitrant̃ ad cibũ accedere. Quin etiã si domũ è foro redeãt, velut è populi contactu cõtraxerint aliquid impuritatis, nõ capiunt cibũ, nisi loti corpore toto: quũ interim mentẽ habentes odio, liuore, ambitiõe, auaritia, simulatione, cæterisq; pestibus inquinatissimam, non cogitẽt de lauãdo. Hæc aliaq; his cõsimilia præter legis constitutiones tradita sunt illis à maioribus, quum lex ipsa vetet addi demiq; quicq; ab his, quæ diuinitus essent p̃scripta. Nec satis erat subinde lauare corpus, quo puriores viderentur, frequenter lauabant & vrceos, & vasa ærea, & lectos deniq;. Nec hanc calumniandi scabiem poterant intra se premere pharisæi, cum discipulis non expostulant, sed velut in atroci facinore dominum ipsum adoriuntur. Quur, inquiunt, discipuli tui

qui te

qui te sequũtur, & ex tua pẽdent institutione, nõ obseruãt more ã maiorib⁹ institutũ, sed illotis & impuris manibus capiũt cibũ? Iesus autem nos docere volens, nullũ esse pestilẽtius calũniãdi genus q̃ vbi quis sub prætextu pietatis incessit benefacta proximi: seuere retũdit illorũ maliciã, ac simulatã iustitiã. Factis, inquit, vestris declaratis, recte meritoq; de vobis hypocritis vaticinatum Esaiã, qui foris speciem habetis sanctimoniæ, quum intus pleni sitis iniquitate. Apud quẽ hũc in modũ querit̃ deus: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ procul abest ã me. Et quẽadmodũ ipsi viuunt, sic alios instituũt. Nihil moror istã corporũ & supellectilis munditiẽ, animi munditiẽ requiro. Hoc pietatis genere fucato frustra me colunt, ceu magnũ quiddã ostentãtes, & in quo sita sit absoluta pietas, docentes humanas cõstitutiũculas, quæ ne minẽ cõmendant deo, atq; harũ supstitione pro nihilo ducẽtes præcepta dei. Quãtũ interest inter hoiẽm & deũ, tantũ interesse decet inter hoĩm cõstitutiones & præcepta dei. De⁹ spiritus est: & q̃d spirituale est, ppetuũ est, nec vnq̃ oportet negligi. Quicq̃d corporale est, temporariũ est. Si fas est negligere ceremonias ã deo præscriptas, quoties id suadet proximi charitas: quãto minus cõuenit, ob humanas cõstitutiones violare dei præcepta? Præpostera pietas est, & irreligiosa religio, superstitiosum esse in obseruãdis his, quæ ma

iores

iores vestri ex suo animo tradiderint, & ea negligere, quæ præcepit deus. Vos in lotionib⁹ manuũ, calicũ, vrceorũ, aliisq́; multis similibus reb⁹, præcipuã quãdam pietatẽ collocatis, quæ vos populo cõmendant falsa quadã religionis imagine, & hanc fucatã laudem pluris facitis, q̃ autoritatẽ dei. Diligitis eñ vos ipsos, nec quæritis gloriã dei, nec salutẽ populi, cui⁹ vos ,pfitemini duces ac doctores. Proinde nõ mirũ est, si qđ à deo præceptũ est vt semp & ab omnibus seruetur, abrogetis & antiquetis, quo maneat humanæ cõstitutionis autoritas, quæ vobis cõciliat autoritatẽ & quęstum. An nõ palàm ita facitis? Nónne per Mosen de⁹ hanc legẽ prodidit? Honora patrẽ tuũ & matrẽ tuã. Et qui male dixerit patri, vel matri, morte morietur. Hoc deus nõ vno in loco præcipit, sed iterũ atq; iterum repetit, & inculcat animis oĩm, vt parentes ætate defectos, aut egẽtes, aut alioqui necessitate quapiã oppressos, liberi pro sua virili subleuẽt, ac nutricationis officiũ rependant. Dictat idẽ lex naturæ, nõnullis etiã animãtibus insita, veluti ciconiis. Vos autẽ vestris cõmodis consulentes, commenticia doctrina subuertitis præceptũ dei: & postulatis, vt quod deus tãtopere voluit, cedat vestræ doctrinæ fucatæ. Deus ipse clamat: Honora patrẽ & matrẽ. Vos audetis contrà dicere: Ne hónora patrẽ & matrem. Nõ clamatis hæc verbis, sed re facitis: quo sceleratior est vestra impietas, quã imagine

gine pietatis obnubilatis. Etenim vt gazophylacium expleatur, vnde vester alitur luxus ac fastus, technis al licitis quos potestis, vt etiam fraudatis parētib9, quorū egestatē oportebat subleuare iuxta præceptū dei, q̄ plurimum donariorū adferant in templū: psuadētes, ita satisfactū esse præcepto, quasi deo donetur qd̄ consecratur tēplo, & deus ver9 sit pater oīm. Itaq; qui pecuniā misit in gazophylacium, huic dicitis nō esse iam opus vt quicq̄ impartiat egētibus parētibus, qd̄ præcepto sit factum satis: & interim sup̄stitione deterretis parētes, ne audeant à filiis exigere, qd̄ semel deo dicatum videtur, ne sacrilegio sese reddant obnoxios. Atqui nec deus eget vestra pecunia: nec ista pecunia vertitur in gloriam dei, sed in vsus vestros, & si verteretur in structuram templi, tamē deo nullum templū tam sacrum est, vt eius causa velit parētes à liberis destitui. An non, dum per huiusmodi commenticias doctrinas & filios seducitis, ne subueniant parentibus: & parentes deterretis, ne ausint contingere quod templo dicatum est, dum vestra constabilitis, subuertitis præcepta dei? Hoc exēpli causa vobis produxi, quod nō potestis inficiari. Verum non in hoc tātum peccatis, multis aliis in rebus idem facitis, quemadmodum in hoc ipso facto. Pręceptū est dei: diliges proximū tuū sicut teipsum. Et vos ob friuolas lotiones ab hominibus traditas, calumniam struitis & mihi & meis disci-

Et advocans iterum turbas.

discipulis: nimirũ contẽpto præcepto diuino. Pharisæis hoc priuato sermone cohercitis verius q̃ sanatis, rursus aduocauit multitudinẽ, quā volebat his de reb9 admonitam esse, ne posthac pharisaicis traditionibus auocarẽtur ab Euangelica synceritate. Audite, inquit, omnes & intelligite. Vidistis intentatũ impietatis crimen, propterea q̃d discipuli quidã mei manib9 illotis panẽ comederint, quasi tali cibo cõtaminaretur apud deũ qui vescitur. Puritas & impuritas hominis nõ est in rebus extrariis, sed internis. Nec animus inquinari potest rebus corporeis. Proinde nihil q̃d sit extra hominẽ, & ingrediatur in corpus hominis, potest hominem impurũ facere apud deũ: sed quæ intus sunt in homine, & ab hoïe exeunt, declarant impurũ hoïem. Hoc ænigmate dñs Iesus multitudini dedit occasionẽ disquirendi, quid sibi vellet quod dictũ esset. Quoq; magis acueret studiũ illorum, adiecit. Quisquis habet aures idoneas ad audiendũ, audiat: significans eam cãtionẽ frustra cani surdis pharisæis. Cæterũ vbi sese dimissa turba recepisset in domũ, discipuli rogabant eũ priuatim, vt explicaret parabolã de discrimine ingredientiũ in hominẽ & egredientiũ ex homine. Iesus autem ad exemplũ fidi diligentisq; præceptoris, prius excitata obiurgatiũcula illorũ attentione, docuit parabolæ mysteriũ. Adeó ne, inquit, vos quoq;, quos cæteris docendis delegi, caretis intelligẽtia? Atqui ex tot parabo-

parabolis, quas vobis sum interpretatus, huiꝰ etiā seri sum oportebat conĳcere. An nō intelligitis ex his, q̄ foris ingrediūtur in hominē, nō posse deprehēdi puritatē aut impuritatē hominis? Qđ enī ingreditur ꝑ os, nō trāsmittitur in cor, sed in stomachū, mox in vētrem: inde si quid impurū est, excernitur in secessum, vt vescēti sit omnis cibꝰ purus, natura repurgante qđ impurū est. Verū ea quæ proficiscūtur ex intimis hominis partibꝰ, sunt quæ faciunt ac declarant impurū hoīem. In corde sedes est animi: & in animo vera puritas est aut impuritas. Nō igitur statim purus est qui lauit manus, sed qui cor habet lotū ac mundū. Hinc ergo quæ prodeūt, vere declarant hominē purum aut impurū. Ex intimis enī cordis recessibus proficiscuntur cogitationes malę, adulteria, stupra, homicidia, furta, auariciæ, fraudes, dolus, impudicitia, malus & inuidus oculus, cōuicia, sup̄bia, stulticia. Nihil horū inuehit cibus illotis manibꝰ sumptus, verū hæc oriuntur ex ipso homine, hoc est, ex corde: quumq̄ ꝓdeūt, declarant hoīem vere impurum esse, qui cor habeat tot spurcitiis impuratū. Hæc si lateant in corde, tamē impurus est homo apud deū, qui cordis intima perspicit: sin prorūpunt etiā in orationem, aut in facta, nō solū testificātur impuros esse vnde hæc exeūt, verum etiā frequēter & alios inquinant, dum per oculos & aures penetrant in animos videntiū aut audientiū. Sit

L igitᵉ

Et inde surgēs abiit.

igitur vobis prima cura mūdi cordis, & non referet vtrū lotis an illotis manibus capiatis cibū. His ita gestis, Iesus ipsa loci mutatione significās q̄ tæderet Iudaici cultus, qui ferè totus æstimabat̄ corporalib9 obseruatiūculis, & intra Iudææ per q̄ angustos limites cōstringebatur, quamq̄ sitiret gētiū latitudinē, apud quas erat adorādus in spiritu & veritate, submouet se se illinc, & ꝓfectus est in fines Tyri & Sidonis, sed veluti furtiuus hospes ob inuidiā Iudæorū: qui quoniā Tyrios ac Sidonios habebant pro canib9 & abominādis, nō tulissent Iesum doctrinā Euangelicā ad illos transferre. Proinde nō ibi versatus est in publico, qđ solet apud Iudæos: sed domum ingressus est, quasi cupiens latere, quanq̄ latere nō potuit: adeo fama dictorum ac factorū eius sese & vltra Iudææ fines profuderat, veluti iam tum meditans in vniuersum orbē ꝓpagari. Sic optime spargitur pietatis Euāgelicæ gloria, si fugitantē vltrò sequatur. Etenim mulier quædā Chananæa ad rumorē de Iesu sparsum è finibus suis progressa, mox ingēti de eo cōcepta fiducia, properat ad Iesum, & ægre admissa procubuit ad pedes illi9. Hæc non erat Iudaicæ religionis, sed ethnicæ: nec Iudaicæ gentis, sed Syrophœnissa genere. Agnoscis manifestū ecclesiæ typū, paulopost è gentibus congregādæ. Iudæi Iesum eiecerunt: Syrophœnissa relictis suis sedibus obuiā profecta est Iesu. Frustra venitur ad Iesum

nisi

nisi pristina vitia iam domestica reliqueris. Emigrandum est è tuis ædib9, vt venias in domū in qua sedet iesus. Hęc mulier habebat domi filiā, malo dæmonio obnoxiam. Is est populus idololatriæ deditus. Rogat itaq; mater Iesum, vt filiam à dæmonio liberet. Quāto perfectior ethnicæ mulieris fiducia, quàm Archisynagogi. Iesus autem quo magis redderet omnibus cōspicuam mulierculæ fiduciam, velut ex affectu Iudaico respondit: Sine prius saturari filios. Non decet vt tollam panem filiorum, ac proiiciam canib9. Nam iudæi gloriantur se solos esse filios dei. Cæterum gētes à iudaica religione alienas, pro canibus habent. Panē autem vocat virtutem Euangelicam, quæ per cœlestē doctrinam, ac synceram fidem sanat omnes morbos, ac profligat ab animis omne dæmoniorū genus. Mulier autem nihil offensa cōuicio, quod dictum videbatur ad abigendā illam, vertit in argumentū impetrandi. Recte, inquit, dicis domine. Nō inuidemus iudæis, quod honorifice tanquàm filii accūbentes ad mēsam ditissimi patris, affatim explētur sacris panib9: sed tamen cōceditur canibus, vt comedant micas, quę decidunt in terram ex mensa filiorum. Iesus autem veluti victus tanta mulieris fiducia, tolerantia, modestia, ac perseuerantia, respōdit: Isto respōso extorques quod nondū erat tēpus vt daretur. Abi domū, iam filia tua liberata est à dæmonio. Credidit mulier, abiit alacris,

& comperit esse verũ, quod dixerat Iesus, puellã quiescentem in lecto, iam à vexatione dæmonii liberã. Nimirum matris fiducia à Iesu sanitatẽ extorserat. Profligato malo dæmone, cõsequitur animi quies. Nã innocentiæ comes est trãquillitas. Sic & hodie piorũ ecclesia Iesum adit: Iesum interpellat pro his, qui idololatria, qui ambitione, qui iracũdia, qui auaricia, qui belландi vesana libidine, velut ab impuro quodã dæmonio agitãtur. Ac Iudæi quidẽ iudicãt indignũ, vt qui paulo ante dæmonũ arbitrio, ad omne flagitiorũ genus rapiebãtur, repẽte per Euãgelii gratiã recipiãtur ad dignitatẽ, & consortiũ filiorũ dei: nõ intelligẽtes, hoc honoris nõ æstimandũ ꝓpinquitate sanguinis, sed ardore cõstantiꝗ; fiducia erga dñm Iesum. Filiis Israel, ac posteris Abrahæ ꝓmissus erat Christus: sed Abrahæ posteri sunt, quicũꝗ; fidẽ imitãtur Abrahæ. Filii Israel sunt, quicunꝗ; nõ meritorũ suorũ cõmendatione sibi postulant aperiri regnũ cœlorũ, sed Euãgelicæ fiduciæ violentia conãtur irrũpere. Hoc enĩ sonat Hebræis israel, virum aduersus deum fortẽ. Etenĩ gentes, quæ prius erant omni genere malorũ inquinatæ, neꝗ; quicquàm habebant bonorũ operũ, quo sibi ius regni cœlorũ vindicarent, quum per dei iusticiam excluderentur, per misericordiæ fenestram irruperunt, ac fiduciæ pertinacia, veluti telo quodam sibi patefecerunt aditum, perfractis regni cœlorum parietib9

tibus.Nondum aduenerat tēpus,vt palàm gentes ad regni cœlestis consortium vocarentur:sed tamen huc subinde præludit dominus,veluti gestiēs anteuertere, quod summopere sitiebat.Hoc igit̄ semie̅,ceu furtim facto apud Tyrios,Sidonios,& Cananæos,dn̄s relegit iter,rursus proficiscēs ad lacum Galilææ,prçterita Sidone,& itinere facto p̄ter regionē decapoleos, vbi prius sanarat dęmoniacū.Huc vbi venisset, adducunt illi miserabile spectaculū,videlicet hominē,& surdum & mutū.Mut⁹ enim sit oportet,qui natura surdus sit. Sed miserabilius surdus est,cui non sunt aures idoneę ad audiendum sermonē dei:peius mutus est, qui non habet linguā ad cōfessionē suę turpitudinis,ac diuinę misericordiæ. Per auditum fidei salutis est initiū: per confessionē oris,salutis est pfectio.Iudæi tametsi quotidie Iesum audiebant loquentē,audientes nō audiebāt:qm̄ ad exemplū aspidis obturātis aures aduersus sapiētis incantatoris vocē,credere nolebant his quæ audiebant.Et ideo linguam habebāt ad obtrectandū, ad salutarem fidei professionem non habebant.Quid faciet miser,qui linguam non habet, qua salutē petat à domino:qui aures non habet,quibus percipiat vocē Iesu,etiam mortuorꝝ excitatricē?Succurrunt misero,qui linguam & aures habebant.Adducunt illū ad Iesum.Interpellant illius clemētiā,ut illi dignetur imponere manum.Sic visum est clemētissimo domino,

vt aliena etiam fides opituletur peccatoribus. Adduci tur ad Iesum Catechumenus, desiit malefacere. desiit male loqui: sed nondũ didicit benefacere, nõdũ didicit cõfiteri bonitatẽ Euãgelicã. Qui possit aũt, nisi Iesus illi manũ imponat? Frustra laborãt homines, nisi Iesu secreta vis accesserit. Erat in ꝓclivi dño, vel simplici verbo dare sanitatem surdo & muto, sed nobis hęc rerꝫ forma ꝓponiť. Siquidẽ vt plerũq; parabola est, qď loquiť Iesus: ita nõ raro parabola est, qď facit. Apprehẽsum hominẽ seducit à turba. Saluus est quẽcunq; apprehẽderit Iesus, quẽ ab huiꝰ mũdi tumultu semouerit. Misit digitos suos in auriculas eius, ac saliua sua tetigit linguã illius, Iã in ꝓximo est salus, vbi Iesus virtute sui spiritus, qui digitus est dei, dignatur aures mẽtis nostræ cõtingere: quoties saliua cœlestis sapiẽtiæ, q̃ ipse est, ex ore patris altissimi ꝓdiẽs, dignať animi nostri linguã cõtingere, vt sapiant nobis ea q̃ dei sunt. Neq; enĩ absq; hoc humore fit gustus: & humana saliua vitiata, puersum habet iudiciũ. Hęc saliua nõ solũ linguã soluit, verũ ẽt oculos aperit cęci nati, quoties admixta terrę, oculis inungiť: quũ saliua philosophoꝝ & pharisęoꝝ magis exoculet. Faciũt idẽ quodãmodo & doctores Euangelici. Apprehẽsos abducunt à turba, quum à lata via, per quã plurimi ambulant in exitium, reuocant ad pusilli gregis consortium. Inserunt digitos in auriculas, quum auocãtes à

fiducia rerum fluxarum, hortatur ad doctrinã cœlestẽ. Sputũ immittũt in linguã, ad Euãgelicæ fidei professionẽ exhortãtes: imponũt manũ, quũ baptizatis impartiũt spiritũ sanctũ, per quẽ abolẽtur peccata, & cõfert innocẽtia. Verũ hæc oĩa frustra doctor facit foris nisi Christus intus operet, ac diuinã virtutẽ emittat ẽ cœlis. Huius rei velut imaginem quandã exhibere volens Iesus, quũ apprehẽdisset, quũ immisisset digitos in aures, inspuisset in linguã, sustulit oculos in cœlum & ingemuit. Gemitus hic nõ erat diffidentię, sed humanam calamitatẽ deplorãtis. Quid enim miserabiliꝰ illis, quibꝰ aures mẽtis sic occupatę sunt cupiditatibꝰ terrenis, vt non queant audire verbum dei: quibus lingua sic impedita est, & infecta vitiosis affectibus, vt non sapiant cœlestia, vt muti sint ad suæ maliciæ confessionem, muti ad prędicandam dei misericordiam? Itaq; gemitus Iesu nos admonet quales fuerimus, at suspectus in cœlum adimit desperationẽ, indicãs vnde sit paratum auxilium, & cui debeamus acceptũ ferre: quod qui prius habebamus aures patulas ad obtrectationes, ad turpiloquia, ad ineptas fabulas, ad pharisaicam doctrinam, ad philosophorum dogmata, ad satanę suggestiones, nũc habemus patefactas ad accipiẽdam cœlestem doctrinã Euãgelii, qui prius habebamus linguam sic infectam saliua carnis, vt nobis nauseã saperet philosophiæ cœlestis ambrosia, sic alligatã

Et suspiciẽs in cœlũ.

vinculis satanæ: vt nec sua peccata posset agnoscere, nec dei gloriã pdicare:nũc confitemur nobis nihil aliud ex meritis nostris deberi quàm gehẽnam: totum autẽ esse diuinæ largitatis, quod adoptamur in nomẽ & hæreditatẽ filioꝝ dei. Proinde ingemiscat & sacerdos potius, quã sæuiat in aliena peccata: doleat magis quàm irascatur: nec sibi vindicet potestatẽ absoluẽdi, sed suspiciat in cœlum, profitens ac testificans totum hoc, quod sacramentoꝝ ritibus agit̃, esse virtutis diuinæ, nõ humanę potestatis. Ait autẽ Iesus: Effeta, qđ Hebræis sonat: adaperire. Vocẽ ilico sequuta vis est. Mox enim apertæ sunt aures eiꝰ, & solutũ est vinculũ linguæ eius, & loquebatur expedite. Aures habebant apertas, quibus quum dñs dixisset: Venite post me, relictis oĩbus sequuti sunt. Linguam habebant expeditam, qui accepto spiritu sancto loquuti sunt variis linguis magnalia dei: ac magistratui denũcianti, ne post hac prædicarent nomẽ Iesu, respõderũt: An oporteat magis obedire deo, quàm hominibus, vos iudicate. Hęc acta sunt seorsum à turba. Nõ enim oportet pro sanã multitudinẽ facere testem initiationis Euangelicæ, ne rideat qđ nõdum credit. Iesus itaq; pcepit, ne cui diceret: nõ qđ nollet sciri id qđ gestum erat, sed quod virtutẽ cœlestem, melius ipsa loquitur res, quã hominum prædicatio. Omnes nouerant surdum & mutum. Nũc audiebat & loquebatur expedite: sic vel

tacitus

tacitus prędicabat beneficiũ Iesu. Praeterea Iesus hic hominis imaginẽ gerebat, vt hoĩes erudiret. Quicqd homo facit praeclari, cupiat esse tacitũ. vt sileat̃ hominis gloria, & p̃dicet̃ gloria dei. Periculose laudatur homo, sed merito prędicatur potestas ac bonitas dei. Quanquam nec hominis gloria siletur, si qua tamen est hominis gloria: imò sępenumero quo magis vitatur, hoc magis sequitur. Attamen hic debet esse affectus Euangelici viri, vt qđ ad ipsum attinet, cupiat soli deo notus esse. Atq; hoc ipso dignior est, qui p̃dicet̃ apud oẽs. Quisquis enim affectat gloriã apud homines, hoc ipso indignus est gloria. Proinde qđ Iesus interdixit iis, qui mutũ adduxerãt, ne cui dicerẽt qđ esset actũ, hoc ipsum magis ꝓuocauit, vt apud oẽs p̃dicarent: atq; hoc vehemẽtius suspiciebant magnitunẽ Iesu, qui quum talia posset ac prestaret: non solum nihil exigebat praemii, uerum ne gloria quidẽ tã insignis facti frui cupiebat. Sed, vt est hominis vere benefici, nõ exigere laudẽ pro beneficio: ita grati est hominis, hoc impẽsius referre gratiã: qđ qui beneficiũ dedit, nullã expectet gratiam. Itaq; passim isti p̃dicabant de Iesu, dicẽtes: Bene omnia fecit. Et surdis reddidit auditũ, & mutis linguam. Haec laus in solũ deũ competit. Nemo mortaliũ bene facit omnia. Omnia Iesu miracula, nostra erãt bñficia. Quae si iuxta speciem rerum corporalium expendas, erant multo splẽdidiora

didiora, quàm hoc quo ex surdo fecit audiētē, ex mu to loquentem. Sed iuxa sensum sp̄ualem, summa felici tatis in hoc est, vt homo auribus audiat sermonē Euā gelicum, & quod didicit credideritq;, loquatur.

CAPVT VIII.

VAriis autem exēplis dn̄s Iesus suos discipulos hortat̄ ad perpetuā benficentiā, cuius p̄cipua pars est, rudē populū pascere doctrina Euāgelica. Pro inde repetit exēplum pascendi ne posset excidere, qđ sic toties esset infixū. Accidit em̄ quodā tēpore, vt in locū desertum ingēs hominū multitudo cōflueret ad Iesum, deferens secū multos variis malis obnoxios. Clemētissimus dn̄s sanabat oēs corpor̄ morbos, ani mos vero cœlesti sermone pascebat. Hac benefaciēdi promptitudine adeo sibi deuinciebat aīos multitudi nis, vt ab eo nō posset diuelli. Dum q; totis animis in tenti sunt regno dei, nō venerat in mētem p̄spicere de cōmeatu, adeo vt sanatis corporib⁹, pastis animis, de fame periclitarētur. Est aūt & hoc ingens telū, præser tim apud multitudinē. Iesus autem ipsa re docere vo lens apostolos, nihil omnino defuturum his, qui syn cera fiducia adhærerent ipsi, dicit illis: Miseret me hu ius multitudinis. Nam ecce iam triduum est, quod ad hærent mihi, nec habent quod edant. Quod si dimise ro eos vt sunt ieiunos, periculū est ne deficiāt in via, prius quàm domū perueniant. Nam quidam venerūt è lon

ē longinquo. Hac oratione Iesus excitauit suorū aīos ad futurū miraculū. Discipuli vero rudes ac rursus obliti, quēadmodū ante pauisset numerosam multitudinē quinq; panib9 ac duobus piscib9, respondēt hunc in modū. Vnde possit aliquis tā immēsam multitudinē biduano ieiunio famelicam, explere panib9 hic in solitudine, etiam si nobis suppetat pecunia? Audis vocē obliuionis ac diffidētię. Rursum Iesus. Quot panes habetis? Illi inspecto cōmeatu, responderūt. Septē. Nimirū hic erat vere panis Euāgelicus, triticeꝰ, nō ordeaceus, quēadmodū superiores illi, quo alunt filii, nec proiiciꝰ canib9. Habet ordeū suā medullā, sed scabro opertā tectorio. Habet & Mosi pentateuchus sensum spūalē, sed figurarū inuolucro tectū. Creuit numerus panum, sed detractū est tectorium, quoniam aucta est gratia: & detractum est ceremoniis. Quum vero commeatus hic non videretur suffecturus tantæ multitudini, tū Iesus iussit omneis discūbere super terrā. Felix cōuiuiū, vbi famelica turba discumbit iussu Iesu. Id fit, quoties populus auidus sermonis Euāgelici cōuenit in basilicam, auditurus Iesum per os boni cōcionatoris loquentē. Nam multi nō alio animo veniūt in sacrā contionem, quàm quo vulgus solet venire in theatrū, spectaturū profanā fabulā. Qui vult saturari panibus Iesu, discūbat oportet, idq; sup terrā. Cōpositis affectibus huc veniēdū est: nō meretur hūc cibū

qui

qui supini resident in lectis pharisaicę philosophicęq; doctrinæ. Quid superbis terra & cinis? Quid intumescis inani philosophia? Quid cõfidis his rebus, in quibus nõ est salus? Agnosce teipsum, deiice te in terram vnde ꝑdisti. Cõquiescãt in te cupiditates carnis, & satiaberis cibo Christi. Factũ est qđ admoneo. Iã discubuit in terra multitudo. Nũc mihi specta, quid agat Iesus. Accepit septẽ panes, & vt ostẽderet à deo ꝓficisci, quicquid cõducit ad salutẽ hominis, sustulit in cœlum oculos: nã ibi pater habitat, vnde iussit quotidie peti panẽ hunc: & gratias egit, nõ sibi vindicans autoritatẽ eius muneris, ne quid sibi vindicaret homo purus. Nam poterat ille sibi vindicare tanq̃ æqualis patri: quãq̃ & iuxta diuinã naturã quicquid ẽ aut habet, patri debet: sed magis cõducebat ad nostrã disciplinam exẽplum qđ exhibuit. Gratiis actis fregit, fractos tradidit discipulis suis: vt sicut acceperant, apponerẽt turbæ. Nõ est efficax hominis sermo, nisi prius cõtrectatus Christi manibꝰ. Habes eloquẽtiã, habes philosophiã, habes ingeniũ, habes cognitionẽ sacroꝶ voluminũ, legum, ac pontificii iuris: quicquid habes, priꝰ trade manibus Christi: consecret ille quod habes, frãgat ille, iamq; non velut tuum, sed ab ipso acceptũ ac traditum, appone populo. Sunt enim qui frangãt panem scripturæ diuinæ, non vt oportet, detorquẽtes eã ad cupiditates hominũ, nõ ad volũtatẽ Iesu. Iesus. eñ

sic frangit

sic frangit, vt saturetur multitudo famelica, nō vt principum ambitioni aut auariciæ seruiatur. Quisquis ad quæstū, ad humanā gloriā, ad alias humanas cupiditates docet euāgeliū, nō accipit panes à christo fractos. Imitemur igitur in prædicādo sermone Christi, christi discipulos. Vt iussi erant, fractos panes apposuerūt turbæ. Dicet interim aliquis: Quid? Nihil ne obsonii? Tantū panariū est cōuiuiū? Non oportet multū addi panibus Euāgelicis. Nihil illis efficacius, nihil suauius. Et tamē ex benignitate cōuiuatoris addūtur pisciculi pauci. Fortassis aliquid epistolarū addent apostoli: sed hoc & pusillum est, & minimi momēti, si ad apparatū Euangelicū respicias. Datū est hoc additamentū quo rundā fastidio, sed nō oportet vltra requirere. Sufficere debet hoc obsonii, ne si quis de suo pergat addere quod libet, iam hominū fiat cōuiuium, nō Iesu christi. Nā iesus & hos pisciculos, licet paucos & pusillos, cōsecrauit, ac iussit apponi: quod ni fecisset, nō erant apponēdi. Noli queri de frugalitate obsonii: alioqui si patieris inferri rhetorū placentas, si philosophorū magnificos missus, si pharisæorū insipida iura: iam periculū est, ne palato tot obsoniis infecto, non sapiat panis Euāgelicus. Vt autē saturati discedamus ab Euangelico cōuiuio, faciant doctores, qđ fecerunt apostoli: faciatq; populus, qđ fecit illa multitudo. Quid fecerunt apostoli? Sicut acceperant à dño, sic apponunt

turbæ,

turbę, nihil hæsitantes, nihil disputãtes. Multitudo itẽ quieta, nihil obmurmurãs accipit, boniq́ꝫ cõsulit q̃d datur. Itaq́ꝫ factũ est, vt nõ solũ saturati sint om̃es verum etiã septẽ sportæ impletæ sint fragmẽtis reliquiarum, quæ saturis supfuerãt. Quoq́ꝫ magis demireris, qui comederant vsq́ꝫ ad saturitatẽ, erãt fermè quatuor hominũ milia. Nimirũ hæc est opulẽtia sermonis euãgelici. Quoties accedit superb⁹ doctor, multo disciplinarũ, multo literarũ, multo legũ & constitutionũ apparatu instructus, sic, vt vndiq́ꝫ exuberet: clamitãs nõ suffecturũ dicendi tẽpus, concionẽ nõ esse capacẽ rerum tam sublimiũ: sese obrui copia, & ancipitẽ fieri, vnde debeat ordiri: Nónne fieri videm⁹, vt concio discedat famelica? Tantũ abest, vt quicq̃ supersit. At è Iesu frugali parcoq́ꝫ cõuiuio supersunt sportę septẽ. Copia enĩ ac dapsilitas Euãgelici conuiuii, non est sita in multitudine disciplinarũ, veluti ciborum generibus ad fastidiũ vsq́ꝫ multis, aut in cõdimentis ex omnium humanarũ literarũ mixtura confectis, sed in virtute sermonis à deo traditi, bonaq́ꝫ fide dispensati. Ita

Et dimisit eos.

pastos dimisit Iesus. Est & hoc aliquid, fœliciter discedere à cõuiuio Iesu. Sic autẽ dimittuntur, qui gratias agunt: qui ips⁹ beneficia recõdunt in animo, & cõcoquunt q̃d acceperunt: qui domũ reuersi, veluti saginatiore corpore, factis exhibent quod didicerunt. His rebus ita gestis, iesus confestim aliò ꝑperat. Non est pastori

stori versandũ cum multitudine, nisi quũ iuuãda est. Sanarat ægrotos, docuerat, pauerat fame periclitantẽ. Post hæc hærere, videtur expectantis aliquid gratiæ. Omnib9 quidẽ modis subleuãda est egestas multitudinis, siue corporalis vrget necessitas, siue spiritualis: sed sic est natura populi, pro minimis beneficiis solet maximas agere gratias. Leuissimi beneficii est, alere corpus: maius est, sanare: maximũ, sacra doctrina sanare ac pascere animũ. Pro doctrina, proq́ȝ sanatis morbis, nemo regnũ detulit Iesu: pro cibo detulerunt. Id ne rursum fieret, Iesus ilico reliquit multitudinẽ: & cõscensa naui cum discipulis, quos ꝑpetuos comites sibi delegerat, venit in fines Dalmanutha, siue Magedan. Quoq́ȝ sæpi9 pateflat pharisæorũ incredulitas: & huc egressi sunt, nõ vt sanarẽtur, sed vt calũniarentur. Inuidebant eñi miraculis Iesu: inuidebant & populo tot beneficiis adiuto. Cœperũt itaqȝ disputare cum iesu, quasi miracula quæ ꝑmebat, nõ gererẽtur virtute cœlesti, qđ essent humilia ac plebeia. Proĩde si vellet pharisæos, hoĩes lõge supra vulgus positos quasiq́ȝ cœlestes, sibi credere, exigebant vt signũ aliqđ æderet ẽ cœlo, queẽadmodũ Moses ĩrupetrauit mãna ẽ cœlo: & Helias precibus suis effecit, vt ignis subito delapsus ẽ cœlo, cõsumeret & holocaustũ & ligna: & aquam deniq́ȝ, quæ cõstiterat in lacunis iuxta altare. Dominus autem sciens illos calumniaturos, quicquid fecisset, ꝓbabi-

Et statim ascẽdens nauim.

(probabilius enim poterãt tribuere Beelzebub, si qđ ostentũ ẽ sublimi proditũ fuisset, vbi versantur prin cipes tenebrarũ harũ: præsertim quũ Magorũ fami/ liare sit, subito ciere imbres, excitare tonitruũ, ac ful/ men, mouere grandinẽ ac tempestatẽ, q̃ ea, quæ ocu/ lis videbãt, auribꝰ audiebant, & manibꝰ cõtrectabãt) ingemuit spiritu, declarans se dolere de illorũ incredu litate tam ptinaci. Ac velut indignãs apud sese loquutꝰ est: Quæ nã est hæc natio tam puersa, vt tot visis mi/ raculis, adhuc signũ requirat, quasi nullũ antehac vide rit? Deinde versus ad pharisæos, ait: Illud confirmo vobis, nõ dabitur nũc huic nationi signũ, qđ tentan di gratia postulat ẽ cœlis: sed dabitur signũ, quod nõ expectat, ex inferis. Id erit signũ Ionæ. Ille quũ tribꝰ diebꝰ absorptus crederet̃ extinctus, præter oĩm spem redditus est ẽ vẽtre Ceti: sic filiꝰ hominis ad triduũ abditus in sinu terræ, præter expectationẽ vestrã redi uiuus exiliet. Hũc sermonẽ quũ nõ intelligerent pha risæi, reliquit eos veluti deploratos: ac reuersus ad na/ uim, trãsmisit lacũ. Ita dñs iesus sitiẽs humanę salutis, subinde vertit solum, nõ victimas quærẽs, quarũ iam olim satur erat, sed fidẽ. Eam autẽ ægre inuenit in ter/ ris, sed vbiuis potius, q̃ apud sacerdotes, scribas, pha risæos, ac populi primores. Adeo male conuenit Euã gelicæ fiduciæ cum his, qui pollent huius mũdi com modis. Hic inter nauigandũ, non veniebat in mentẽ disci/

discipulis, quod per obliuionē sibi nō prospexissent de panibus. Nā vnū duntaxat panē secū habebant in naui. Iesus autē sciens illos obliuione securos esse, nō fiducia erga ipsum, reuocauit admonēdo curā. Quanquàm hæc solicitudo nō tam ex diffidētia proficiscebatur, q̄ ex incogitantia & obliuione humana. Itētis iis, quæ dicebat ac faciebat iesus, non succurrebat de panibus: & nobis expediebat illos frequēter obliuisci quinq; panib⁹ satiatæ multitudinis, quo videlicet nostris animis altius infigeretur, nihil defuturū his, qui syncero corde adhærent christo. Satis prospectū est illi naui, quæ vnicū habet panē, qui est Christus iesus. Itaq; voluit illorū elicere solicitudinē quo mederetur, ac præcepit eis, dicēs: Videte diligēter, vt caueatis à fermento pharisæorū, atq; à fermento Herodis. Ea vox audita quidem, sed nō intellecta, reuocauit discipulis feram solicitudinē prouidendi de cōmeatu. Itaq; cœperunt inter se mussitare: Panes nō habemus. Aliud enī ex alio veniebat in mentē. Audito fermēto, reminiscūtur panum omissorū. Hac de re tacite mussant, quasi peccassent incogitantia, quod panes nō emissent. Verum hæc obliuio grata est iesu, quoties ardore cœlestium, obliuiscimur rerum corporaliū. Verebātur obiurgari de negligentia, sed obiurgātur de supervacanea cura. Quid, inquit dn̄s, disputatis inter vos, solicitu quod non habetis panes? Tot præceptis instituti,

tot exēplis edocti, toties admoniti, nondū animaduertitis, nec intelligitis? Adhuc cor habetis obcæcatū: & oculos habētes, nō videtis: & aures habētes, nō auditis? Nō saltē illud memoria tenetis, qđ nuper bis exhibitū est vestris oculis? Vidistis nuper quinq; panes à me fractos, à vobis distributos sufficisse quinq; mi lib⁹ hominū vsq; ad saturitatē. Et quot reliquiarum sportas tum sustulistis? Aiūt: duodecim. Deinde quū simili modo septē panes sufficerēt quatuor milibus, quot cophinos implestis reliquiis? Dicūt: septē. Tum iesus: Qui fit igitur, vt toties tot modis edocti, nōdū intelligatis istā de victu solicitudinē esse superuacaneā: quodq; monui de vitādo fermēto pharisæorū & Herodis, non ptinere ad panes, sed ad doctrinā illorū vitandā, ne & vos seducamini, quemadmodū illi seducūt multos? Paululū fermenti totā afficit cōspersionē: qđ si vitiosum est, corrūpitur tota cōspersio. Præ se ferūt speciem pietatis, quū plurimum absint à vera pietate: atq; inter se diffident opinionibus, quū turpiter errēt vtriq;. Siquidē Herodiani frequenter errant ob ignorationē diuinæ scripturæ, nō credentes futurā corporum resurrectionē, propterea qđ nihil esse credant, nisi qđ vident. Pharisæi quū teneant scripturas, excæcati malis cupiditatibus, reluctātur veræ pietati. Ab horum doctrina vobis summopere cauendum est, ne & psi inficiamini, & alios post inficiatis vestro cōtagio:

sed

sed amplectamini panē Euāgelico fermento affectū, vt hūc syncerū & aliis distribuatis. Interim appellūt & veniūt Bethsaidam, & ecce nusquam nō parata est pro mendæ misericordię occasio. Hic in vico quodā addu cunt ad eum cæcū, rogātq; vt cōtingeret eum. Nihil rogat cæcus, sed alienis precib⁹ cōmendatur dño. Ne mo petit salutem à dño Iesu, nisi cōtactus ab illo. Pri mus enī cōtactus efficit, vt homo seipsum agnoscat. Non erat iste lusciosus aut leuiter cæcutiens, sed pro fundissima cæcitate obrutus. Qui sic cæci sunt, opus habent vt ab aliis adducantur ad Iesum, qui illis sa cræ manus efficacem contactum precibus exorent. Iesus autem, qui nutu poterat sanare quemlibet cæ cum, non statim restituit hominem, vt discipulis suis formam exhiberet, quantopere laborandum sit, pri usquàm ad veri cognitionem queant adduci, qui in errore iam inueterauerunt: qualis erat gentium cæci tas, quæ tot sæculis simulachrorum cultum pro ma gna pietate fuerant amplexæ: qualis erat iudæorum, qui superstitionem à maioribus acceptam, cui tot an nos assueuerant, non poterant relinquere. Proinde quum talis cæcus occurrerit, quid faciendum erit apo stolico viro? Animaduerte quid fecerit Iesus. Pri mum apprehendit cæci manū. O fœlicem ducem: sed quò duxit hominem? Eduxit extra vicum. Pessimū exemplar sibi proponit, qui sequitur multitudinem.

Et ve niunt Bethsai dam.

Male sibi blandiūtur, qui sic dicunt: Nō solus hoc facio, idē faciunt omnes: malo cum populo desipere, q̄ cum paucis sapere. Qui capti sunt oculis, multis periculis expositi sunt, versantes in turba: ridentur, offendūtur, impingunt, protrudūtur, subinde cōcidūt. Primum igitur educēdus est ex hominū frequētia. Tuto iam ambulat, qui talem habet ducē. Quid præterea facit dn̄s? Expuit in oculos, ac mox admouit manꝰ: nec dum aperiuntur oculi, tam profunda erat caligo. Tum iesus interrogat hominē, ecquid videat. Ad hāc vocē ille, veluti concepta specula quadā, attollit oculos, & ait: Video homines ambulātes arboribꝰ similes. Qui nondū planè receperūt lucē Euāgelicā, quicquid vident in hoc mundo, maius esse videtur, q̄ est ipsa re. Vident opulentū hominē, platanꝰ esse videtur: vident magistratū aut principē, credunt se videre malum aut cupressum: vident barbatū Stoicū, aut pharisæum, latis fimbris ac phylacteriis insignē, ficum esse credūt. Qđ si purgatis oculis, res illis vt sunt sese ostēderent, tum cernerent, quàm nihil sunt illa, quæ cæcutienti videntur ingentia. Sed dominus, qui linum fumigans non extinguit, nec cæcutientem destituit, donec perfecte cernat: rursus admouit manꝰ oculis illiꝰ, ac mox cœpit esse perspicacior: eoq́ꝫ profecit, vt clare videret omnia. Beatus qui à Christo illustratus oculis cordis, clare cernit oīa: huic minima videtur, quæ

mundo videnť esse maxima:huic fœda vidētur,q̄ mū do videnť esse pulcherrima:huic maxima videnť,quę mūdo videnť nihili. Quisquis es doctor Euangelic⁹, noli spernere imbecillitatem eorū,qui primum insti/ tuuntur in Euangelica philosophia.Primū satis ē edu ci ē vico,hoc est,à pristinis malis discessisse:mox ad/ mouenda est eis Euāgelica doctrina,quę lucē det ocu lis:ac primum tradēda sunt rudimenta pfectiōis Euā gelicæ,quibus initiati baptizenť.Mox cōmunicanda est secretior solidiorq; doctrina,quę faciet vt clare vi deant oīa.Hæc faciēt ministri Iesu Christi,sed Iesus occulta virtute dignabiť oculos cęci cōtingere, vt lu cem recipiat.A dato beneficio dn̄s iubet hominē re dire in domū suā,interdicēs ne cui prædicaret,qđ fa/ ctum erat.Quoties dominus iubet sileri quod factū est,docet sacerdotes,nō esse quærēdā apud hoīes glo riam,si quid recte gesserint in Euāgelica functione.
Porrò si quādo iubet prædicari,docet eum qui sana/ tus est à peccatis,& suam turpitudinem agnoscere, & dei bonitatem efferre,cui soli debet,quod mutat⁹ est. Porrò redire in domū propriā,est post acceptam cœ/ lestem gratiā non obliuisci,qualis antea fuerit, & quò relapsurus sit,nisi dei beneficio conseruetur. Quod si domum redeūti cōtingat incidere in vicum aliquē, hoc est,in profanam multitudinē,quæ citius irrisura sit,quàm creditura,non sunt illic temere iactanda no/

ſtræ initiationis myſteria. Dixerat illi Ieſus: Vade ĩ domum tuam, & ſi in vicum introieris, ne cui dixeris. Ante ſanauerat Ieſus ſurdũ & mutum. Audiuit ſermonẽ Euangelicum, & loquutus eſt expedite. Modo ſanauit cæcum, qui quum clare videret, iubeť ſilere ĩter impuros. Nã vbi domũ venerit, res ipſa loqueť apď eos, qui cęcũ nouerãt. Eſt enim tẽpus, quo decet ꝓfiteri myſterium Euãgelii. Eſt quo ſatius eſt cęlare. Nũc qď per ænigmata corporalr̃ geſtum eſt in aliis, explorat in diſcipulis ſuis, quãtum ipſi ꝓfecerint iuxta ſpiritum. Itaq; relicta Bethſaida, ꝓfectus eſt vnã cum diſcipulis in oppidulũ Cęſareę, cui cognomẽtũ eſt Philippi. Inter eundũ interrogabat diſcipulos ſuos, quid de ipſo vulgus hominũ ſentiret: iam enim tot æditis miraculis, oportebat & populum mirificã quandã de Chriſto cõcepiſſe opinionẽ. Non ignorabat Ieſus, qd de ipo ſentiret vulgus, ſed nobis declarare voluit, quę ſit Euangelica fides, quæ ſeruat credẽtes, quantũq; diſtet ab incõſtanti variaq; vulgi ſuſpicione. Quem, inquit, me dicũt eſſe homines? Diſcipuli ſimpliciter qď audierant, reſponderunt. Alii ſuſpicantur te eſſe Ioannem Baptiſtam, qui reuixerit: alii Heliam Theſbiten, cuius aduentus promiſſus eſt per Malachiam prophetam: alii rurſum non Heliam, ſed alium quempiam ex veteribus prophetis, qui reuixerit. Hæc ſentiebãt homines, qui tum magnificentiſſime de Ieſu ſentiebant.

Et egreſſus ẽ Ieſus & diſcipuli eius.

nihil

nihil enim supra hominē de eo sentire poterant homi nes. Magnum hominē suspicabant̃. Messiam filiū dei, seruatorem orbis nōdum credebāt. Erat hoc tñ qualecunq; rudimentum ꝓfessionis Euangelicæ, cuius mysterium nondum erat vulgo ꝓdendum, quo ꝓdito, nemo poterit cōsequi salutem, nisi qui credat Iesum esse salutis oīs autorem. Fons aūt Euāgelicæ salutis, fiducia est erga Christum dei filium diuinitus inspirata. Hāc ꝓfessionē vt ex apostolis ꝓliceret, ait. Vacillat, vt video, vulgus, nihil cōstanter de me sentiens: & tñ magnificentius de me sentiunt, quàm hi, qui me nihil aliud prædicabāt, quàm fabri filiū, quàm qui dicebāt me versum in furorē, & venabātur ad vincula: quàm qui dicebant mihi esse spiritū Beelzebub. Vos autē, qui me domestice nostis, q perpetui testes fuistis omnium quę gessi, quæq; docui, quē me esse pronūciatis? Tum Petrus Euangelicę ꝓfessionis princeps, oīm nomine respondens, ait: Tu es ille Messias à prophetis olim ꝓmissus, filius dei viui, per quē vnum salus est orbi promissa. Hanc ꝓfessionē quum dn̄s vehementer approbasset, vt diuinitus inspiratam, huic beatitudinis elogiū tribuisset, hāc pronūciasset fundamētum congregationis, & ciuitatis Euāgelicę, qđ nulla vis satanæ possit vnquàm labefactare: interminatus est illis, ne qđ scirent ex afflatu patris, palàm facerent ante tempus. Expectari Messiam expediebat, ac breui

venturum credere:cæterum nondũ expediebat agno-
sci Iesum esse Messiam. Sic enim expediebat ad institu
tionẽ nostram, vt ex humilitate nasceret gloria. Disci
puli humano affectu abhorrebãt ab incõmodis dñi
sui, sitiẽtes illum ab oibus magnũ haberi: sed alius or
do placuit æternæ sapiẽtiæ. Proinde Iesus cœpit illos
docere, quę passurus eẽt, priusquã orbi magnitudinẽ
suam vellet innotescere. Oportet, inqt, filiũ hominis,
de quo vos tã magnifice sentitis, multis ignominiis
& cruciatibus affici, dãnari vt nocẽtem à scribis, à sa
cerdotib9 ac primorib9 populi; deniq; vt maleficum
morte ꝓbrosa occidi, sic, vt apud mundũ nihil eẽ pos
sit eo deiectius aut desperatius. Sed nõ est qđ despon
deatis animũ: tenete ꝓfessionẽ vestrã cõstanter in aĩo,
quã apud me ꝓfessi estis. Occisus resurgã ac reuiuiscã
tertio die. His de reb9 quũ Iesus aliquoties subobscu
re monuisset discipulos suos, nũc palã loquutus est,
quũ viderent laturi, qui magnifice ꝓnũciassent de do
mino suo. Sed nõ tulerunt illorum aures mentionem
mortis, tametsi spes resurrectionis debebat eos conso
lari. Magno quodam affectu diligebãt Iesum, sed hu-
mano. Nondum enim acceperant spiritum cœlestem,
qui perficeret in eis, quod erat imperfectum. Itaq; Pe
trus quum audiret tam crudelem sermonẽ de dãnan-
do, de affligẽdo, de occidẽdo, ausus est Iesum seduce-
re, quasi priuatim aliqd admoniturus, qđ esset in rem
ipsius

ipsius. Hęc nimirū est humana sapiētia, sæpe meditās præire diuinæ. Audet etiam increpare dñm suū, quasi nō recte saperet, qui mori vellet, quū liceret effugere. Et si credebat illū tertio die reuicturū, tamen præstabilius iudicabat, oīno nō mori, quā à morte reuiuiscere. Hæc improbitas Petri tametsi ex ingēti quodam erga Iesū amore ꝓficiscebatᷣ, tū & palàm & acriter à dño redarguitur: vt nos disceremus, in oibus diuinā sequi voluntatē, neq; nostro iudicio ꝑire decretis dei. Non enim est hominis, apprehendere Iesum, & increpare ne faciat, qđ decreuit facere: sed adorādus est, vt nos dignetᷣ apprehēdere, ducturus quò velit. Hoc igitᷣ malum vt Iesus penitus refelleret ex animis omniū, primū auersus à Petro, & cōuersus ad discipulos suos, eosq; intuitus, quos sciebat à Petro nō dissentire, tametsi ille cęteris fidentior ausus est qđ sentiebat ꝓloqui, Petrum increpitorem suū vicissim increpat, dicens: Quid mihi obsistis Satana? Ea vox Syris aduersariū sonat, Quur ꝑire tentas discipulus ꝓceptori, homo deo? Sequere potius à tergo. Nō est hoc humanū negocium, quod geritᷣ: tuus adhuc humanus est affectus, nec sapis ea q̄ dei sunt. Si vis esse discipulus meꝰ, imitari mortem meam decet, nō impedire. Nec hoc te solum decebat, quanquàm te potissimū, cæterosq; se lectos, verumetiā omnes qui se meos discipulos volent profiteri. Hæc loquutus Iesus, iussit adesse multitudinem

tudinem vniuersam vnà cum discipulis, ne quis existi maret hunc sermonē ad illos duntaxat selectos pertinere. Iamq̃ cōgregatis in vnum oībus, clara voce loquutus est Iesus: Multi me sequunt̃ pedibus magis, quàm imitatiōe. Nec omnes eadē adducit causa: alios allicit miraculorꝫ nouitas, alios amor sanitatis, alios doctrinę fames. Cęterum quisquis volet esse verꝰ affectator mei, si volet esse socius felicitatis & glorię, paret interim animum suum, vt sit socius afflictionū & mortis. Abneget semetipsum, nihil sibi seruās in hoc mūdo, sed omnia pro derelictis habens vsq; ad vitę cōtēptum, tollatq; suam quisq; crucē, & sequat̃ me. Non pudeat discipulū seq̄ p̄ceptorē: non pudeat seruū seq̄ dñm. Nec alia via quisq̃ velit ad gloriam peruenire, quàm qua me viderit pertēdere. Quisquis in se p̄sidia salutis collocarit peribit: quisquis omnibus suis præsidiis diffisus, se totū in me cōiecerit, is saluus erit. Nec enim satis est, agros, domos, parentes, vxorem ac liberos mea causa negligere, ipsa etiā vita negligēda est: cuius seruandæ gratia mortales deserunt vniuersa. Bono animo este, non perit quod mihi impenditur: imò perdendo seruabitis, quod male seruando vere perderetis. Per fidem Euangelicam confertur omnibus vita æterna. Proinde qui pluris facit hanc vitam, quā Euāgelicam gratiam, etiam si videtur ad tempus lucriface re vitam, tamen re vera perdit eam. Nullus enim hic vitam

vitam suam vltra præscriptum dič valet ꝓrogare: tametsi nec interim vere viuit, nisi qui viuit pie. Et post hanc vitam, quę nulli nō breuissima est, addicitur ęternæ morti. Porrò quisquis amore mei, & Euãgelicę ꝓfessionis cōstantia, vitam suam exposuerit in discrimē mortis, per me seruabit eam, alioqui vere periturā. Proinde si nihil cuiquā tam charū est, cuius iactura nō libens redimat vitam corporis, sic apud se rē expēdēs: Quid mihi ꝓfuerit, seruasse domū, agros, opes, gemmas, vxorem, liberos, si ipse pereo, nec licebit frui qđ possideo? Quãuis enim hæc oĩa salua sint, tñ mihi pereūt, si moriar: Quid eīn pōt esse tã charꝝ, qđ non cōtemnendum sit pro lucro vitæ perennis. Si quis offerat opes Midæ Crœsiꝗ, si quis formam Absalonis, si monarchiā totius mūdi, si voluptatū omne genus, dicatꝗ: hęc accipe, & morere, nōnne statim recuset conditionē delatā, dicatꝗ: vna vita charior est his oĩbus? Hæc inquam, quū apud se quisꝗ prudēter expēdat, quoties piclitaī vita corporis: quur nō attētius subducitī ratio, quoties agitī de vita illa inęstimabili? Nūc offertur animæ vita perēnis, & cū hac nō mutabis breuem ac miserā vitā corporis: præsertim quū corpus quisꝗ suū, iam feliciori vitæ redditum, sit recepturꝰ? Non erit omnibus ob Euãgelii ꝓfessionē moriendū, sed tamē in hoc oĩbus debet eē paratus animus, vt si res postulet, vilis sit etiã vita corporis, dū seruetur animæ

mæ vita. Quoties ingruerit psecutiōis pcella, tollenda crux erit: quāquā nec in trāquillis reb9 cuiquā defutura est sua crux, nisi facile est oibus naturæ affectibus, oibus huius mundi voluptatib9 & iritamētis renunciare, castrare carnē, refrenare luxum, permere libidinē, domare iracundiam, cōdonare vindictam. Nam hęc in tranquillitate quoq; cuiq; præstanda sunt, qui velit esse meus discipulus, Cæterū mundus oib9 machinis cōsurget aduersus mei nominis pfessores, intētabit pbra, exilia, carceres, tormēta, pscriptiōes, mortes. Est etiā hæc natio praua, semp plures habitura malos quàm bonos, inter quos sūmi criminis loco habebit pfiteri nomē meū. Quo in statu, si quē puduerit pfiteri se meū esse discipulū in hac natiōe scelerata & adulterina, vbi breuē afflictionē sequit̄ æterna felicitas, huic filius hominis par pari referet, ac vicissim erubescet illū pfiteri suum discipulū, quum rursus adueniet, nō humilis & cōteptus vt nūc, sed admirandus in gloria patris: nec comitatus paucis ac tenuib9 discipulis, sed cinct9 inumeris sanctorū angelorū turmis.

CAPVT IX.

Illius gloriæ nō erūt consortes, qui nunc ferre nolunt meæ crucis ignominiam. Expectabat Iudęorum populus admirabile quoddam regnū Israelitici populi, quod mox exoriturū arbitrabātur, simulatq; venisset Messias, Et ideo non poterant credere Iesum

esse Messiã, qđ tam humilis, tam abiectus aduenisset, magis autē offendebātur mentione crucis ac mortis. Nō intelligebant autē duplicē Messiæ aduentū, priorem iuxta mundū humilē & ignominiosum, alterum maiestatis & gloriæ plenū, qui in fine mūdi futurus est, vt vniuersum corpus suū ab omnib9 exēptū malis, sibi iungat in gloria patris: Satanā autē cum omnib9 suis mēbris demergat in gehennā. Hui9 autē aduentus diem omnib9 incertū esse voluit, sed tamē in hūc voluit omnes esse paratos. Itaq; quū essent in turba, qui sic cogitarent apud sese: quādo veniet hoc tēpus gloriæ, qđ promittit? nōnulli fortasse non credebant vnq̃ futurū, iesus hoc sermone cōfirmabat illorum vacillationē. Habete pro indubitato qđ dixi vobis: filiū hominis, quē nūc humilē, mox infra omēs homines abiectū cōspicietis, appariturū in maiestate paterna cum omnib9 angelis & electis discipulis. Nec id tēpus adeo procul abest. Sūt enim in hoc numero, qui prius q̃ moriantur, visuri sunt regnū dei iam aduenisse cum virtute. Proinde paret se quisq;, vt inueniatur dignus regno cœlesti. Hūc domini sermonem nec apostoli tum tēporis intelligebant, quod sensum haberet non simplicē. Nam post mortem, resurrectionem, ascensionē Iesu, postq; missum cœlitus spiritum sanctum, cœperat exerere se vis illa grani sinapis, hoc est, Euangelicæ doctrinæ. Porrò ne quid addubitarēt disci-

discipuli, quin olim præstaturus esset, qđ de maiestate secũdi aduẽtus promiserat, voluit illis etiã ante mortẽ gustũ quendã futuræ maiestatis exhibere, quaten⁹ natura mortalis capere posset. Itaq; post sex dies adiungit sibi tres è selectis duodecim, velut eximios, quib⁹ hoc spectaculũ crederet, tacituris donec tẽp⁹ esset ꝓferẽdi. Hi erant Petrus, Iacob⁹ & Ioãnes: eos solos abducit in montẽ vehemẽter excelsum. Procul enĩ oportet abesse ab humiliũ rerũ solicitudine, quos Iesus dignetur tali spectaculo. Dignatur enĩ & hodie quibusdam selectis, subuectis in montẽ puræ contẽplationis, aliquẽ æternæ fœlicitatis gustũ præbere secretis afflatibus. Hoc nec intelligit populus in cãpestribus versans, & si quis narret, nõ habet fidẽ. Vbi ventũ est in mõtis cacumen, primũ vacatũ est precationi. Hæc potissimum oculos cordis præparat tali spectaculo. Et ecce inter precandũ subito mutata est Iesu species. Facies enim, quæ pri⁹ visa est nihil differre à forma vulgari, solis in morem resplendebat. Tum vestes plus q̃ niueo quodã cãdore relucebant, qualẽ nemo fullonũ potest arte sua pannis inducere. Nec solus ita visus est Iesus, sed vnà visus est Helias ac Moses, colloquentes cum iesu. Erat hoc Mosi, colloqui cum deo, & Helias igneo curru legitur raptus in coelũ. Nimirũ horũ cũ iesu colloquiũ designabat consensum legis ac prophetarum. Lex enĩ Christum figuris mysticis deliniarat: ꝓphe-

derant, adeo, vt nec cæteris apostolis indicarent ante tēpus præscriptū. Nō intelligebāt, sed tamē credebāt esse causam seriā, quur iesus id nollet ante cognitā resurrectionē efferri in vulgus. Quid em̄ profecissent hoc narrātes, nisi q̄d incredulis ludibrio essent futuri? Quis autē credidisset vere talē apparuisse Iesum, quē mox vidissent tot ignominiis affectū? Ac deniq; morientem in cruce? Sed interim discipuli, qui post audi tam patris vocem, non audebant iesu dictis diffidere, quū nō intelligerent, q̄d sibi vellet hæc vox: vbi filius hominis resurrexerit a mortuis: disputabāt inter sese, suspicantes fore, vt mox a resurrectione veniret illius regni gloria, cuius iam gustum ceperant. Sed obstabat huic suspicioni scrupulus quidam, propterea q̄d Iesu mors immineret, de quo iam sæpe illos admonuerat, & tertio a morte die p̄miserat se reuicturū. At ex vaticinio Malachiæ didicerant venturū Heliā, anteq̄ veniret dies dn̄i magnus. Hunc scrupulū quū ipsi inter se se parū explicarent, interrogant iesum: Dn̄e, inquiūt, præstitisti q̄d pollicitus es, vidimus claritatē regni dei. Itaq; quū resurrexeris, talem te venturū speramus, qualis nobis es visus. Sed quid est, q̄d ex Malachiæ p̄phetia dicunt pharisæi, nō venturū illū diē, nisi prius venerit Helias Thesbites, qui præparet populū in aduentum illius diei, ne dn̄s feriat om̄es anathemate? Atqui nondum venit Helias, quem vidimus tecum in mon

te:neq; quicquã adhuc per illum est actũ. Aut igit̃ nõ statim à resurrectione tua venturũ est regnũ dei : aut alius est vaticinii sensus, q̃ tradũt pharisęi. Ad hãc disci pulorũ interrogationẽ, dñs iesus ambigue respondit, qđ nondũ essent capaces totius mysterii. Siquidẽ abhorrẽtes ab his, quę magis ad ipsos ptinebant, tantũ somniabãt de gloria regni, cuius gustum ceperãt: non intelligẽtes & hoc esse regnũ dei, quũ ꝑpagato Euangelio, spiritus cœlestis subigit oẽm huius mundi Satanæq; potentiã. Id iã apparere cœperat, quũ claudi ambularẽt, cæci viderent, muti loquerent̃, leprosi mundarẽtur, dæmones eiicerẽtur. Porrò quãdo venturũ esset hoc regnũ, cuius gustum modo ceperant, dñs noluit suos scire: sed tamẽ quo moderatius ferrent morte dñi sui, quẽ supra modum amabãt, patiebat̃ illos ad tempus somniare, breui venturã regni claritatẽ, cuius specimen erat exhibitum in mõte. Itaq; respõsum suum tẽperat, vt prophetiã approbet: nec pharisæorũ interpretationẽ in totum dãnet, sed tãtum refellat impiã illorum argumẽtationẽ, qua colligebãt nõdum venisse regnum dei, qđ Helias ille ꝑmissus à Malachia, nõdũ apparuisset in mundo. Iã enĩ venire cœperat spirituale regnum dei, qđ superbi pharisæi nõ intelligebant: iam Helias iuxta sensum mysticum venerat. Ait itaq; Iesus: Et qđ de Helia dixit Malachias, & qđ de filio hominis prædictum est à ꝓphetis, haud dubie futurum

rum est.De Helia legitis,quod præueniés dié dñi magnum & horribilé,cõuersurus sit corda patrum ad filios,& cor filiorũ ad patres:vt minores intelligãt exhibitum,qđ maiorib⁹ fuerat expectatũ. Hic igit̃ Helias anteuertens,restituit oĩa, ac deprauata corrigit: ne dñs magno omnium malo veniat,si offenderit imparatos.Sed quemadmodũ verax est prophetia Malachiæ de præcursore Helia,ita verax est & cæterorum prophetia:quę prędicit futurum,vt fili⁹ hominis,prĩusquàm aperiat maiestatem suam, multa patiatur,contemptuiq; & ludibrio habeatur: deniq; & occidatur. Imò qđ de Helia vẽturo prædictum est, iam peractũ est : id qđ ignoratũ pharisæis,ego vobis amicis indico.Nã Helias iam venit,qui nunciauit adesse regnum dei,& ad vitæ superioris pœnitentiam prouocauit.Et tamen qui prophetiæ scientiã iactant, hunc nõ agnouerunt : sed fecerunt in eum,nõ qđ ille promerebat̃, sed quicquid ipsis collubitum est,qui magis amabãt suum regnum,q̃ regnum dei.Venit enĩ ille iuxta Esaiæ ac Malachiæ vaticinia,vociferãs in deserto , adesse diem dñi magnum & horribilẽ:iam securim admotã arboris radici,properaret quisq; fugere venturam dei vindictã.Sed hunc palàm reprehendentẽ sine delectu personarum omnium vitia,spreuerunt & occiderunt. Nec mitius tractaturi sunt Messiã, q̃ præcursorẽ tractarunt. Hoc sermone iesus indicabat Ioannem fuisse

Heliam, nõ iuxta corpus, sed iuxta spiritus similitudinem: qui dum nec pharisæis, nec regib9 parcit, conie ctus est in carcerẽ, ac decollatus est. Qđ fecerũt anteã buloni, id facturi sunt dño. Idẽ facient his, qui sequentur apostolis. Quisquis em̃ syncere prædicauit regnũ dei venturũ, multa passus est ab impiis: & quisqs prædicat syncere iam venisse, similia patiaẽ oportet. Huiusmodi dictis iesus auocauit suos à somnio gloriæ, ad futurã tempestatẽ quæ imminebat, hoc est, à iucũdis ad necessaria. Interim ventũ est in conspectũ turbæ. Iam em̃ ingens multitudo collecta erat circa discipulos, quos in planicie reliq uerat. Vidit & scribas disputãtes nescio qd cum discipulis suis. Populus antẽ vniuersus, vt p̃ter spem vidit iesum, q se cũ paucis subduxerat, obstupuit, & occurrẽs salutauit eũ. Nõ ignorabat iesus qd disceptarẽt pharisęi, sed tñ interrogat, qd esset rei, de quo disceptarẽt, vt omnibus esset notum quid ageretur. Quũ & discipuli pudore obtiscescerẽt, quod frustra tentassent eiicere dæmonium: obticescerent & scribæ, qui apud discipulos nomen Iesu velut inefficax calumniabãtur: quidam è turba, qui dederat huic disputationi occasionẽ, rẽ vt erat exposuit Iesu: Magister, inquit, adduxerã huc ad te filium meũ, ob noxiũ muto spiritui, à quo misere affligitur. Quoties enim corripit eum, elidit illum in terram, ac puer spumat, stridit dentibus ac vociferatur, & interim arescit

& cõtabescit hac vexatiõe. Quũ aũt tu nõ aderas, rogaui discipulos tuos, vt profligato spiritu liberarẽt filium. Illi tentarunt, nec potuerũt. Hoc audito dñs vt ostẽderet fiduciæ imbecillitatẽ in causa fuisse, quo minus liberat⁹ esset iuuenis, velut idignãs, ait apud se: O natio incredula, q̃ tot miraculis ęditis, nõdum adduci potes, vt cõfidas? Quãdiu viuẽs in terris luctabor cũ vestra diffidẽdi pertinacia? Quãdiu ferã vos? Quãdo proficietis ad ea, quę sunt spirit⁹? Quãdo credetis ea, quæ nõ videtis: quũ nec ea credatis, quæ cernitis oculis corporeis? Adferte illũ ad me. Et attulerunt eũ ad Iesum. Tenax malũ, cui à teneris assueuit peccator. Cęterũ vbi perductus est ad Iesum, magis etiam cõturbat̃, exorta lucta inter spiritũ resipiscere cupientẽ, & cupiditatẽ ad solita reuocantem. Mox enim vt spirit⁹ viderat Iesum, sensit inimicã virtutẽ, & corripit ac diuexat hominẽ: is q; elisus in terrã voluebat̃ spumans. Erat id spectaculum toti populo miserabile: verũ lõge miserabilius spectaculum est, quum eadẽ patitur in aĩo peccator, magnis & inueteratis malis obnoxius. Sed nullũ est malum immedicabile Iesu. Dominus, vt cæteri quoq; cognoscerẽt mali magnitudinẽ, rogauit patrem, quantũ temporis esset, quod filius ei malo cœpisset esse obnoxius. Respõdit pater: Ab infantia. Nec tantum, inquit, hunc in modum vexat eum spirit⁹, verum etiam frequenter illũ nunc in ignẽ, nũc in aquã

præcipitem agit, vt interficiat eum. Audis malũ in naturam versum, & atrox: & ideo pater timet, ne sit inmedicabile. Adiecit enim: Attamen si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Recte implorat Iesu misericordiam, qui nulla merita poterat allegare: sed audis vacillantẽ fiduciã, quum ait: Attamen si quid potes. Eã corrigens Iesus, ait: Noli dubitare quid ego possim. Nã si tu potes cõfidere, nihil est qđ nõ impetret firma fiducia. Ad hanc vocem ilico pater concepta certiore spe, & clamore & lachrymis testificãs vehemẽs animi desideriũ, ait: Confido domine, & si quid deest meæ fiduciæ, tu succurre imbecillitati meæ. Interim ad spectaculũ cõcurrit vndiq; turba. Hãc vbi vidit Iesus iam adesse (nam eam volebat esse testem miraculi) deprompsit vocem illam omnipotentẽ: qua, quum vult, mortuos etiam in vitam reuocat. Interminatus est enim impuro spiritui, ni protinꝰ exiret, dicẽs: Surde & mute spiritus, ego tibi impero, vt exeas ab homine: & ne posthac ingrediaris in illũ. Indignať spiritui Iesus, vt hominis misereať: nobis exẽplũ præfigens, quid agendũ sit in sanãdis peccatoribus. Sic insectanda sunt vitia, vt hominis salutẽ amare videaris. Vt autem intelligas inanem esse hominis operam, ni Christus tacite vocem suam addat: discipuli iusserant exire spiritum, sed frustra, quoniam aberat Iesus. Abest autẽ, quoties friget ac vacillat fides, per quam vult

impetrare

impetrare nos omnia. Quid autem factum est ad vocem imperiosam Iesu? Protinus exiit spiritus, sed vt intelligeres eũ iuitum demigrare, vociferãs, multũq; diuexans miserũ. Iacebat enim iã mortuo similis, adeo vt multi dicerent eum mortuũ eẽ. Vides imaginẽ poenitentis, & à magnis assuetisq; vitiis resipiscẽtis. Iam odium peccati, liberauit à peccato: sed proximus ẽ desperationi, qui & turpitudinem suam agnoscit, & dei iustitiam cogitat. Sed tamen feliciter mortuus iacet, q peccato mortuus est. Superest enim vt incipiat viuere iustitiæ. Et hoc beneficium addit benignissimus Iesus, sine quo nulla salus est. Arripit manum iacẽtis, & attollit exanimatũ, ac protinus, qui videbatur mortuus, vigore recepto, surgit validus & alacer beneficio Christi: qui frustra liberatus erat à dæmonio per patris fidem, nisi ad pie viuendum Iesus nouam addidisset gratiam. Iã audit surdus, qui prius habebat aures terrenis cupiditatib9 obturatas aduersus sermonẽ Euangelicum. Iam loquitur mutus, qui prius linguã habebat impeditam carnis affectibus. Iam quietus est ac tranquillus, qui prius nunc libidinis, nunc ambitionis, nunc iræ, nunc inuidiæ, nũc auaricię percitus œstro, velut impuri violẽtiq; dæmonis impulsu ferebatur. Hæc omnia taciti spectabant apostoli, nõ audentes interpellare dominum. Tacebant & scribæ, videlicet ipsa re docti, sanationem hominis non fuisse

Et quũ introissent in domũ.

retardatam ob nomen Iesu parũ efficax,sed ob ĩbecillitatem credulitatis ac fiduciæ.Nã qđ iuueni factũ est iuxta corpus,hoc in pharisæis agebat iuxta spiritum.Ideo nõ sanabant,quia nõ credebant sermoni, per quẽ solũ poterãt sanari.Cęterũ quũ Iesus introisset in ædes,discipuli,semotis arbitris,interrogabãt eũ quid fuerit in causa,cur ipsi nõ potuerint hũc dæmonẽ eiicere,quum antea multos eiecissent in nomine Iesu.Cœperat enim aĩos illoꝝ solicitudo quędã humana, ne quid imprudẽtes offendissent dñm, & virtutẽ ędendi miracula,semel ab ipso traditam,perdidissent. Iesus aũt,qui nõ solet eripere qđ semel dedit,sed augere,nõ vult tñ sua munera secure & oscitanter haberi: iam ꝗꝫ in patre sanati satis indicarat,fidei imbecillitatẽ obstitisse,quo minus exiret dæmoniũ:ꝗ nondũ tãta erat in apostolis,quantam oportebat esse: respõdit esse peculiare quoddã dęmonũ genus,qđ expelli nequeat,nisi adhibita precatione & ieiunio.Sunt eñ hæ duæ machinæ,quę plurimum valẽt aduersus impios dæmones.Etenim precatione renouatur & excitat vigor fidei,quemadmodũ accidit patri,qui dixerat:Domine,succurre incredulitati meę.Ieiunio,qđ omnium carnalium voluptatum abstinentiam cõplectitur, domat carnis rebellio.Debet autem ipse spiritum habere purum, qui conatur ab aliis spiritus immundos eiicere.Iesus autem cum tribus redibat ab recẽti precatione

tione. Cęteri discipuli cum multitudine versantes, nec precabantur, nec ieiunabāt, & ob id impares erāt eiiciendo dæmonio tam pertinaci, tā́q; familiari. Quo magis ī nobis crescit fiducia nostri, hoc magis decrescit virtus ædēdi miracula: quo magis in nobis emortua fuerit potestas carnis, hoc magis roboratur spiritus cœlestis, p̄ quē eiiciunt̄ impuri spiritus. Itaq; frequēter orandū, vt augescat in nobis robur fidei: semperq́; mortificāda caro, vt in nobis viuat spūs Iesu Christi. Denic; iam illos in illā horā p̄parat, qua iubebunt̄ vigilare & orare, ne incidant in tētationē. Sed quia dormitabāt à cœna, vicit carnis infirmitas. His reb9 ita peractis, Iesus vnà cū discipulis suis cœpit p̄ficisci ī Iudęā, p̄terita Galilæa, idq́; veluti fortuito itinere: nō qd' metueret mortē, quā ardētissime sitiebat, sed ne videret̄ ante tēpus sacerdotū ac pharisæoꝝ aīos ad homicidiū irritasse. Hāc formidinis speciē ī se suscepit, vt à suis oēm eximeret formidinē, & ipse susceptæ naturę imbecillitatē exprimeret. Inter eundū aūt rursus inculcat discipulis suis, quod iam nō semel audierant. Dicebat enim: Omnino futurum est, quod toties dixi: Filius hominis tradetur in manus hominū vt capiat̄, vt cōdēnetur, vt illudatur, vt flagelletur, vt occidatur. Ad hæc quæ sine dubio instāt, p̄parandus est animus. Non autē poterit esse p̄paratus, nisi liber ab omnibus humanis affectibus, spiritus vigore confirmetur.

Et īde p̄fecti p̄tergrediebantur.

firmet. Scio perturbat vos mortis mētio. Sed oportet forti esse animo. Nō diu vos deserā. Nā tertio die reuiuiscā. Tantus aūt torpor obsederat aīos discipulorꝶ, vt hūc sermonē, tametsi dilucidū, nō intelligerent, suspicantes aliquid ænigmatis subesse, quādoquidē meminerāt sese dictis eiusmodi figuratis aliquoties fuisse falsos, veluti quum iuberent cauere à fermēto pharisæorꝶ. Necdū animo cōcipere poterāt mysteriū crucis, neq; cōiectare, quorsum attineret occidi, si mox eēt reuictur9, quū qui reuiuiscere pōt, vbi velit, idem possit si velit, nō mori. Proinde quāquā hoc sermone vehemēter offenderētur, tñ nō audebant interrogare Iesum, exēplo Petri deterriti, cui parū feliciter successerat hac de re dñm interpellasse. Audierāt enim: Vade post me satana. Adhuc sapiebāt ea q̄ sunt hominū. Nā dei consiliū erat, vt agni immaculati victima deus humano generi recōciliaret, condonatis per fidē peccatis omnibus. Discipuli vero regnum quoddam mundanū somniabāt. Itaq; inter viam orta est inter ipsos disputatio, quis esset primas habiturus in regno dei, quo mox sperabant appariturū. Viderant paulo ante tres discipulos prælatos cæteris in cōscensu montis, viderant Petrū omnibus prelatū in tradēdis clauibus regni cœlorū: & tñ erant illo natu maiores quidā, etiā sanguinis propinquitate contingentes dñm. Quum autem ventum esset Capernaū, dominus priuatim interrogabat

terrogabat illos, quid esset illud de quo clanculũ iter sese disputassent in itinere. At illis pudore obtiscentibus, quũ facile suspicarent̃ fore, vt hunc ambitionis affectũ improbaret dñs, omnis modestię doctor: Iesus quo penit⁹ hũc affectum longe pestilẽtissimũ ex animis suoꝝ reuelleret, cõsedit, veluti rẽ seriã cũ autoritate traditurus, iussit'q̃ adesse duodecim apostolos, & ait: Si quis in regno cœloꝝ volet eẽ prim⁹, is erit omniũ postrem⁹, ac minister omniũ: tm̃ abest, vt ex regnis hui⁹ mũdi ęstimari oporteat regnũ cœloꝝ. Mox quo magis infigeret hãc doctrinam animis discipulorum, vocat ad se puerũ pusillũ, & hũc statuit ĩ medio discipuloꝝ. Eum vbi cõplexus esset, significans quã auersaret̃ sup̃bos, quãq; diligeret humiles spiritu ac modestos. Videtis, inqt, hũc paruulũ? Quid abiectius aut humili⁹ iuxta mundum? At q tales sunt animi modestia, simplicitate, ĩocẽtia, qualis hic ẽ ætate, hi sunt apud me maximi precii. Nã æquum est mihi charissimos esse, qui mei simillimi sunt. Nõ æstimatur hic dignitas ex opibus, censu, potentia, fastu & violẽtia. Nã qui tales sunt, vt sunt regibus ethnicis simillimi, ita plurimi sunt apud illos precii. Quẽadmodũ reges in primatibus suis sese vel honorari credunt vel lædi, ita ego ĩ regno Euãgelico ĩ huiusmodi puulis, quos ob ĩocẽtiã, simplicitatẽ, ac modestiã cõtẽnit mũdus, me vel honorari credo, vel cõtumelia affici. Si qd nouistis me

mē summissius,illū pro summate ducite in regno cœlorū. Quod si neminē inuenietis,me primatē habete & vt quisq; ꝓxime accesserit,contēptu rerꝝ earꝝ,quas in principum aulis affectant magnates,ita summatem esse iudicate. Quisquis igiť vnū ex huiusmodi puellis receperit in noīe meo,me recipit. In his enim recipi gaudeo,quos vt mei similes amo. Porrò qui me receperit,qui sum omniū infimus iuxta mundū, non me recipit,sed eū qui me misit. Vt eñi magister honorať aut lędiť in discipulis,ita pater lædiť aut honorať in filio. Atq; hoc sermone Iesus nō ademit autoritatē his qui p̄sunt gregi dominico,sed oēm detraxit ambitionē. Neq; enim humilitas hui⁹ generis paruuloꝝ æstimať corporis modo vel robore,sed animi modestia, quæ sibi nihil altum in hoc mūdo vindicat, nec vsq; suis fidit virib⁹,sed simplici fiducia pendet ex me. Ex huius sermonis occasione subortus est alter scrupul⁹

Respondit illi Ioānes. discipulis,quē Ioānes ita ꝓponit: Magister quū misisses nos ad p̄dicandū regnū dei, vidimus quēdā in nomine tuo eiicientem dæmonia, qui tñ nec erat de numero duodecim,nec de numero septuaginta,quos postea designatos emisisti,nec oīno de numero discipuloꝝ,qui sequuntur nos. Hunc igiť, velut alienū à tuo cōsortio,ꝓhibuim⁹,recte ne an fec⁹,īcerti. Iesus aūt respōdit: Istiusmodi nolite ꝓhibere,qui quocūq; modo cōducūt Euangelio ꝓpagādo. Nō enim oportet

tet esse fastidiosos in recipiẽdis his, qui student rẽ euãgelicã qualicunqꝫ studio ꝑuehere. Nõ est spectãdũ an sequatur nos, sed an prędicet nomẽ nostrũ. Qđ si inuocato meo nomine eiicit dæmonia, non facile potest de me male loqui. Qđ si faciat, res ipsa redarguet eũ. Dicetur enĩ illi: Qua fronte obtrectas nomini, qđ in ædẽdis miraculis exptus es potens & efficax? Nolite facile suspicari eum malo animo facere, qui rem piã facit. Qui nõ repugnat Euãgelio, hoc ipso iuuat Euangeliũ, qđ aduersas parteis nõ adiuuat. Quisquis nõ aduersatur vobis, pro vobis facit. Noua res per oẽm occasionẽ est promouẽda, ꝙ synceris animis, vr̃a nihil refert, modo quocũqꝫ pacto profit negocio qđ agitis. Nec enĩ solum hi mercedẽ ob Euangelii negociũ ꝑuectũ ferẽt, qui in nomine meo dæmonia eiecerint, verũ etiam qui pro suis facultatibꝰ vel minimũ aliqđ momentũ attulerint. Quisquis enĩ vobis vel aquæ frigidæ potũ dederit in nomine meo, hoc est, quia mei estis discipuli, meumq́ꝫ negociũ agitis, pro certo habete, nõ est cariturus mercede sua. Qđ si quis obstiterit his, per quos Euangelicũ negociũ promouet̃, pro mouetur autẽ nõ per istos, quos mũdus pro magnis ducit, sed per pusillos, simplices & humiles: sed si cuipiã ex pusillis his, qui fiduciã suã in me collocarũt, offendiculo fuerit, adeo nõ effugiet supplicium, vt leuiꝰ puniẽdus esset, si saxo molari collo ipsiꝰ alligato, conii

cerer̃

ceretur in mare. Principes hui9 mūdi pœnis atrocib9 afficiūt, per quos impediunt̄ q̄ præfectis suis manda runt, suffigūt in crucē, nōnunq̄ & in quatuor disse- cant ptes, aut ē saxo præcipitāt, aut alligatos saxo ne possint emergere, in mare demergunt. Adeo nolūt of fendi magnates suos, quib9 vtūtur ministris ad suā ty rānidē, hoc est, ad opprimēdū populū. At multo gra uius de9 puniet eos qui paruulis suis, p quos cœlestis regni negociū ad seruandos oēs hoīes tractari voluit, obstiterit, quo min9 exequātur regis sui mādata. Nā quāuis hæc videbūtur ad tēpus id facere impune, ta men gehennæ suppliciū nō effugient. Nullū aūt mor tis genus hui9 mūdi tyrāni potuerūt excogitare, qd̄ cum illo supplicio possit cōferri, quo corpus simul &
Et si anima perēni cruciatu morietur, nec mori licebit. Pro
scādali inde ne vos cogitetis de vindicta, peragite negocium
zauerit vestrū, de9 sumet pœnas de his qui vobis obstiterint.
te man9 Qd̄ si offendiculū nascatur nō à psequutore, sed ab his qui vident̄ esse amici, nihil tā charū oportet habe re, vt hui9 grā deserat̄ Euāgelica functio. Finge manū esse dexterā, hoc est, finge patrē aut amicū vehemēter necessariū: finge oculū esse dextrū, hoc est, vxorē ada matā ac dulces liberos: finge pedē esse, hoc est, famulū aut procuratorē, cui9 opa carere nō possis in hui9 vitę negociis: amputa manū, erue oculū, abscinde pedē ab Euāgelico negocio remorantē. Si potes patrē ac ma-

trē,

trem,fratres ac sorores tecũ adducere ad salutẽ Euãgelicã,facito: sin horũ charitas te reuocat ab Euãgelio, futurumq́ʒ est,vt dũ illi ꝑ te seruari nolunt, tu simul cũ illis pereas,exue naturę affectũ,& humanã pietatẽ vincat Euãgelica pietas,& hoc fac in animę periculo, qđ faceres in periculo corporis. Si res vrgeret,vt aut occidẽdus esses,aut man⁹ iactura seruãda vita,nõ dubitares amputare manũ,& vni⁹ mẽbri quãuis necessarii dispendio vitã redimere. Optabili⁹ erat simul cum parẽtib⁹ & amicis seruari per Euãgeliũ,verũ si id nõ licet,præstat te desertis parẽtib⁹,qui nõ solum seruari nolũt,verũ te conãtur in exitiũ ꝑtrahere,veluti mutilum ingredi ad vitã, q̃ꝫ vnã cum parẽtibus & amicis conIici in gehẽnã,hoc est,in ignẽ inextinguibilẽ. Ibi vermis arrodens pœnitẽtia miserorũ cõscientiã, non morit̃. Viuunt enĩ tantũ in pœnã. Ibi ignis quo cruciãtur, nunq̃ꝫ extinguit̃. Vtrosq́ʒ pœnitebit, sed sero, & frustra,& te male obsequutũ parẽtum affectib⁹ ad perniciẽ,& illos nõ obtẽperasse ad salutẽ inuitãti. Nec illorũ calamitas te subleuabit,nec tu⁹ cruciatus illorũ pœnã imminuet. Porrò ad euãgelii negociũ ꝑperãti, nõ imputabit̃ parẽtis exitiũ,qui seruari noluerit. Sic & pedẽ amputa,cogitãs esse sati⁹,vt claudus aut mutilus ꝑuenias ad vitã æternã, q̃ꝫ vt pedibus integris cõiiciaris in gehennã, vbi nec incendium extingui potest,nec vermis moritur. Nihil est homini chari⁹ ocu

lo,

lo, nihil est vxore dulcius, aut liberis suauius. Verum si res vrgeat, vt aut horũ gratia deserẽdũ sit euãgeliũ, & vnà cum illis pereundũ: aut illi, quibus nihil habes iuxta affectũ humanũ charius, deserẽdi, ne cõteris eruere oculũ & abiicere, reputans multo satius esse, luscũ ingredi regnũ cœlorũ, vbi perpetua vita est, quàm vtroque oculo incolumi coniici in gehennã. Ne quid hic te moueant vxoris lachrymæ, aut liberorum blanditiæ. Stulte plorant se deseri, qui seque poterãt si vellent. Oẽs affectus humani posthabẽdi sunt, quoties vrget pręceptũ dei. Oĩa dispẽdia rerũ corporaliũ pro lucro ducẽda sunt, quoties parãda est vita æterna. Nõ est delicata professio mei nominis, coorĩetur vndique quæ vos ab instituto retrahãt, psequutio, affectus humani: verũ his omnibus oportet esse superiores, qui suscipiunt negociũ Euãgelicũ. Totũ se diuinæ volũtati dedat & cõsecret oportet, qui velit esse idoneus administrator Euãgelicæ doctrinæ, vt nec vllis psequutionũ terroribus: nec vllis carnaliũ affectuũ illecebris corruptus deflectat à synceritate veritatis euãgelicę. Quemadmodũ enim nulla victima iuxta Mosi pręscriptum legitima est, nisi quæ vel igni salitur, vel sale, vel vtroque, ita quisquis Euãgelicam philosophiam volet profiteri, necesse est vt igni purgetur ab omnibus humanis affectibus: & sale cõdiatur, ne possit corrũpi malorũ cõtagio. Diluta & insipida est huius mũdi sapiẽtia, nec seruat hominẽ

Omnis enim igne salietur.

ab

ab huius mūdi corruptione, nec alios seruare potest. Atqui vtrūq; præstare oportet doctorē Euāgelicū, vt & ipse sit incorruptus, & ab aliis eximat corruptelā. Nō præstat hoc philosophorū sapiētia, nō pharisæorum doctrina, sed sola philosophia Euāgelica, quę veritatis acrimonia emordet & cōsumit quicquid in homine est obnoxium corruptioni. Idē efficit ignis ille diuini spiritus, cōsumens ac repurgās ex animis oēs carnales affectus, & quodāmodo transformās in deū quicquid corripuit, vt qui prius affixi fuerāt curis rerum terrenarū, nūc his contēptis rapiātur ad cœlestia. Hoc sale quisquis cōditus est, non poterit vllis illecebris corrumpi à synceritate spiritus Euāgelici: hoc igni qui purgatus est, contēnet quicqd intētare potest psequutor. Nihil melius igni, si quis recte vtat: nihil vtilius sale. Cæterū si ignis refrixerit, si sal fiat insulsus & euanidus, quid reliquū est quo cōdiant insulsi? Si, qui pfitent spiritū euangelicū, territi minis hominū, deserant institutū, ac metu blandiātur stultitiæ principum, quàm oportebat fortiter redarguere, quid superest spei? Si, qui salē euangelicū profitentur, nō solum acrimonia veritatis nō sanant aliorum corruptos affectus, sed ipsi in gratiam parentum aut amicorum ob res terrenas excidūt à spe regni cœlestis, ac lucrifaciūt gehennā, &, quod est omnium sceleratissimum, ipsam Euangelicam doctrinam interpretātur, ac detorquent

ad affectus, & cupiditates humanas, quid superest, per qđ humana stulticia cōdiatur, simul & corruptis his, per quos id fieri cōueniebat, & vitiato eo, quod vnū

Habete in vobis sal.

relictū est mūdo, vt aliquando resipiscat? Proinde vt possitis & persequutionum sæuitiam vincere, & omnes humanos affectus Euangelii gratia contēnere, vt possitis & vestræ saluti consulere, & quàm plurimos ad salutem adducere, habeat in se quisq; vestrū salem Euangelicum, & habete pacem & amicitiam inter vos mutuam. Sal faciet incorruptos, cōcordia faciet robustos ac potentes. Vbi dissidia sunt, ibi non est sal Euangelicus. Vbi ambitionis morbus est, ibi nec pax est, nec sal. Ideo philosophi inter sese pugnant, quia non habent hunc salem, ideo pharisęis male conuenit cū Sadducæis & Herodianis, quia corrupti prauis affectibus carent Euangelico sale. Vestra doctrina condiet stultitiam mūdi, si senserint homines, in vestris affectibus nihil esse corruptum aut putre vel studio gloriæ, vel amore pecuniæ, vel cupiditate vindictę, vel metu mortis, vel desiderio vitę, vel vllo deniq; humano affectu, & si, quemadmodum vestra vita respōdebit doctrinę, ita inter vos consentietis. Cōsentietis autem, si procul abiecto omni ambitionis vitio, quo laborant qui regnum affectant huius mundi, cœlestem doctrinam, quam à me accepistis, synceriter aliis impartiatis.

CAP. X.

POSTQVAM huiusmodi monitis dominus Iesus satis instruxisset animos discipulorũ aduersus tempestatem imminentem, relicta Galilæa, profectus est in eam Iudææ partem, quæ est vltra Iordanẽ, in qua primum docuit Ioannes. Iam sic vndiq; inclaruerat fama Iesu, vt nusquam posset latere. Mox igitur & huc confluunt turbæ, quemadmodum aliis in locis consueerant, nec vnquam ille fatigabatur benefaciendo omnibus, sanandis corporibus, docendis animis. Nec hic desunt pharisæi, nusquam non sui similes. Multitudo quærit sanitatem, quærit doctrinã. Pharisæi malunt insidiari, quàm sanari, tentare quàm discere. Atq; interim religionis speciem prætexunt suæ maliciæ, ac discendi studium obtendunt suæ fraudulẽtiæ. O indocilem sapientiam, accedunt ad Iesum corpore, à quo longe distabant animis. Obiiciũt captiosum problema, dicentes: Quid tu sentis magister noster? Num fas est viro repudiare vxorem? Hanc cornutam quæstionẽ inter se cõmenti fuerant, sperantes fore, vt vel in hoc, vel in illud cornu respõdens incurreret. Pronunciarat beatos, qui se castrarent propter regnum dei. Itaque si, fauens castitati, pronunciasset licere dimittere vxorem, alterius ducendæ gratia, quemadmodum passim faciebant Iudæi, videretur docere pugnantia: si respondisset non licere, obiecissent violatam legis autoritatem, quæ permittit ma

rito ius repudiandi. Dominus autē, vt prudētes cape
ret sua ipsorum versutia, nā ex lege parauerāt laqueū,
rogauit eos: Quid opus est me ꝑcontari, quū legis
peritiā profiteamini? Quid Moses his de reb⁹ præce
pit vobis? Illi respōderunt: Moses, si quid maritū of
fenderet in vxore, permisit vt dato libello repudii di-
mitteret eam, & aliā si videret duceret. Hāc legis per-
missionē sic interpretabātur pharisæi, quasi recte face
rent, qui ob quālibet leues causas repudiarent vxo-
res suas, & alias ducerent domū, nō intelligētes mentē
legislatoris, quā ex Genesis exordio poterāt deprehē
dere. Ait itaq;: Qđ Moses vobis permisit ius repudi
andi, nequaq̄ fauit diuortio, sed indulsit maritorum
libidini, maluitq; concedere leuius malum, quàm ape
rire fenestram atrocioribus. Maluit iniquum diuor-
tium, quàm homicidium, veneficium aut etiam par-
ricidium. Nouit enim duritiam cordis vestri, cui re-
medium hoc datum est, ne veniretur ad sceleratiora.
Cæterum in paradiso, priusquàm ad hāc maliciā pro
lapsa esset humana natura, non sic est institutum ma-
trimonium, vt ex libidine mariti fieret diuortiū, sed
vt perpetuum & indiuulsum inter maritum & vxorē
esset coniugium. Primum enim vnum vni coniunxit
deus, marem fœminæ, inter quos tantam voluit esse
charitatem, vt nulla posset incidere diuulsio. Propter
hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrem, &
adhę-

adhærebit vxori suæ, & duo redigẽtur in carnẽ vnã, ita vt iam corpore simul & animo conglutinati, non sint duo homines, sed vnus homo. vt tristiũ ac lætorũ omnium sit iter eos cõmunio. Hæc verba palã decla rant, deo nõ placuisse diuortium, alioqui rescinderet, qđ primũ instituerat. Sed Moses prẹter voluntatẽ dei permisso repudio, cõsuluit ad tẽpus vestræ duritiei, leuius ducẽs adulteriũ quã parricidium. Si placet ĩdul gẽtia Mosi, agnoscite & causam, qua coactus indulsit. Proinde qđ ipse deus initio sic cõiunxit, vt eẽt indi uulsum, ne distrahat homo. Deponite cordis duritiã, & nõ erit nec opus nec locus diuortio. Huiusmodi tẽ peratura responsionis Iesus asseruit p̃ceptum dei, nec Mosen tñ damnauit, nec castitatis laudem imminuit, nec se pharisæorũ captioni p̃buit, quin potius eos ce pit, qui captatum venerant. Cæterum vbi ventum eẽt in ædes, ac priuatim hac ipsa de re percontarẽtur apo stoli, Iesus apertius damnauit repudium. Quicunq;, inquit, repudiauerit vxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit aduersus illam. Rursus si vxor, relicto marito, nupserit alteri, committit adulterium aduersus maritum priorem. Non enim cõuenit Euã gelii professores, habere cordis duritiam, vt vxoris mores nec ferre possint, nec velint ciuiliter corrigere, sed concepto quibuslibet ex causis odio: machinen tur homicidium, nisi se subducat vxor. Hic animus

est Iudaicus, à quo oportet abesse meos discipulos. Iudęus ob oris halitum grauiorem, ob oculi lippitudinem, aut aliud simile vitium repudiat vxorem, quum inter Euāgelicos vna dūtaxat causa dirimat cōiugiū, hoc est, violata cōiugii fides. ~~Vxor enim, quæ fuit consortis corporis facta altera, iam, etiamsi non repudietur, desiit esse vxor. Et maritus, qui sui corporis copiam fecit alteræ, iam ante desiit etiam maritus esse. Quemadmodum ignis non est ignis si refrigescat: ita coniugium non est coniugium, nisi e duobus fiat vnus. Ex tribus aut quatuor vnum corpus fieri non pōt.~~

His dictis, aderant quidam adducētes infantulos, vt
Et offerebāt illi paruulos.
Iesus imposita manu benediceret illis. Viderāt illi⁹ cō tactu pelli morbos, confidebant & infantibus profuturū aduersus incōmoda, quibus multis ętas imbecillis esse solet obnoxia. Discipuli vero suspicantes, dominum maioribus intentum non esse fatigādum huiusmodi leuioribus negociis, arcebant pueros, ne venirēt ad Iesum, & increpabāt eos, qui adducebāt, quasi importunitate sua domino facesserent negocium. Atqui paulo ante dominus commēdauerat eis paruulos. Itaq; quum videret illos, oblitos quę dixerat, obstare quo minus infantes peruenirēt ad ipsum, coercuit discipulos suos, dicēs: Sinite pueros venire ad me, nec arcete illos à contactu meo. Taliū est enim regnū cœlorum. In his est exemplum innocentiæ ac simplicitatis,

citatis ad quã oportet refringi superbã maliciam ho minũ, si velint admitti in regnum cœlorum. Ne quis putet hos esse contemnendos ob imbecillitatem virium, aut simplicitatem. Illud pro certo confirmo vobis: Nisi quis renascat, ac deposita omni versutia, auaricia, ambitione, odio, ira, vindicta, liuore, talis reddatur animo, quales hi sunt ætate, non recipietur in regnum cœlorum. Quóque magis commendaret omnibus simplicem innocentiam, complexus est singulos, & impositis vnicuique manibus suis, bene precatus est illis, docens idiotas & imperitos, aut quamlibet humiles, & abiectos iuxta mundum, non esse fastidiendos episcopis, sed omnibus modis fouẽdos, donec proficiant ad meliora. Rogandus autem in primis dominus Iesus, vt dignetur illis manus suas imponere beneq́ ominari. Dabit ille paruulis astutiam, qua vitent diaboli laqueos: dabit infantibus linguam, vt ex ore infantium & lactentium perficiatur laus dei. His domi gestis, quum dominus prodisset in viam, accessit adolescens quidam, vt post commendatam puericiam, hæc etiam ætas à bene cœptis ad pefectiora vocaretur. Is accidit ad pedes Iesu, dicens: Magister bone, quid faciam, vt vitam assequar æternam? Hæc percontatio non omnino vacabat aliquo vitio sibi placentis. Sed hoc vitii, si mediocre sit, solet doctorum lenitas spe profectus in illa ætate dissimulare

mulare. Nec enim tam doceri cupit à dño qd facerẽ debeat, quã ob ea quę fecerat laudari. Et bonũ appellat, quem nihil aliud credebat esse, quã hominẽ, quasi quicquam esset homini boni ex seipso, Iesus aũt velut offensus arroganti cognomine: Quid, inquit, me vocas bonũ? Hoc cognomẽ homine maius est. Nemo enim vere bonus, nisi solus deus. Vt igit̃ arrogans est homo, qui hoc cognominis sibi vindicat, ita qui tribuit homini, plus tribuit quã decet. Hoc prœmio Iesus retudit adolescẽtis spiritũ, q sibi videbat̃ ab huius cognominis elogio nõ multũ abesse. Mox adiecit Iesus: Tenes pcepta? Et interroganti q̃ nam essent illa, respõdit illa vulgaria, quibus obseruatis, Iudęi sibi vĩdicant bonitatis & iustitię laudẽ. Nõ cõmittes adulterium, nõ occides, nõ furaberis, nõ dices falsum testimoniũ, nõ fraudabis pximum, honorẽ habe patri & matri tuę. Hic adolescẽs, cõcepta spe magnæ laudis, iã lętus & alacer, respondit Iesu: Magister, hæc oĩa seruaui à puero, Iesus autem intuitus adolescentem probæ indolis ac lætæ spei, qui non ista fingeret, nec sibi maliciose placeret, quemadmodum pharisęi, significabat sese etiam huius ętatis studio delectari. Itaq; præ se tulit, quod eius affectu pio, licet imperfecto, delectaret̃, velut exosculans spem indolis Euangelicæ (quemadmodum enim in ea ætate rarum est, ita plausibile est studium pietatis) nos interim admonẽs, vt vbicunq;

videri mus

viderimus aliquā indolem ac ſpem Euāgelicę pieta-
tis,ne ſæuis obiurgationib9 obruamus,& alienemus
teneros aīos:queādmodū quidam nimiū moroſi lite
ratores,qui bene nata ingenia,ſua auſteritate docent
odiſſe literas:ſed comitate ꝓuehamus ad meliora,pro
bantes ſtudiū,ſed oſtēdentes interim quò ſit ꝓficien-
dum.Ita Ieſus geſtientem ante tēpus adoleſcētis lęti-
ciam tēperauit,dicens:Qd' iſta ſeruaris,laudo.Cæteꝝ
nō in iſtis,vt tu putas,collocata eſt pfecta iuſtitia, ſed
vnū adhuc deeſt tibi. Miranti & roganti quid nā id
eſſet,reſpōdit dn̄s:Redi domū,ac diuēditis poſſeſſiōi
bus oībus,pecuniam collectā eroga in pauperes. Nō
perdes qd' ita diſſiparis,ſed pro terrenis poſſeſſioni-
bus recondes theſaurū in cœlis.Deinde liber & expe
ditus veni & ſequere me:tū enim cognoſcam diſcipu
lum Euangelicum.Multa deerant adoleſcenti: ſed hoc
vlcere contacto,Ieſus voluit oſtendere,quantū adhuc
ab Euāgelica perfectione abeſſet.Hoc audito,iuuenis
diſceſſit mœrens,nimirum fruſtratus ſperata laude iu
ſtitiæ.Habebat enim poſſeſſiōes multas,quas ſubito
relinquere,videbatur admodū eſſe durū.Porrò diſceſ
ſit non omnino deſperādus.Nec enim indignatus eſt
nec obmurmurauit,ſed abiit tacitus ac mœrens. Lau
datus eſt de ſtudio pietatis:qd' mœret,infirmitatis eſt
humanæ.Non intelligebat autem ſermonē Ieſu. Nec
enim ſentiebat de poſſeſſionibus abiiciendis, ſed de
affectibus

affectibus. Quisquis paratus est oĩa relinquere, si res postulet is reliquit oĩa. Hoc exẽplo Iesus deterrebat suos à cupiditate diuitiarum. Itaq; digresso iuuene mœsto, Iesus circũtulit oculos in discipulos, ad hos enim pertinebat hæc scena, dixitq;: Abiit ille. Quã difficile qui pecunias habẽt, introibunt in regnũ dei. Hic sermo vehemẽter obstupefecit discipulos, existimantes vix quẽquã posse inueniri, qui amplas possessiões subito ꝓfusurus esset ob regnũ dei, quãquã ipsi paucula quędã reliquissent. Proinde Iesus inculcat qđ dixerat, blandimento mitigans sermonis asperitatẽ, & interpretans nõ intellectã obscuritatẽ: Filioli, inquit, q̃ difficile est, istos qui multas habẽt possessiones, & in his fiduciam suã collocant, vt vulgus mortaliũ facit, intrare regnũ dei. Et ne videat̃ hoc durius dictũ, addam qđ hoc quoq; magis est durum, sed verissimũ: Facilius est camelũ transire per foramen acus, quã diuitem intrare in regnũ dei. His auditis, discipuli magis etiã conturbati sunt animis, ita ratiocinãtes inter sese: Si nullus põt esse saluus, nisi intret regnũ dei, & si nullus potest intrare regnũ dei, nisi abiectis diuitiis, quũ videamus oẽs homines sic amare diuitias suas, vt nõ videantur relicturi, quis diuitũ poterit seruari? Hęc discipulorũ solicitudo sapiebat pietatẽ domini, cupiebant enim quàm plurimos intrare regnum dei, sed nondũ intelligebant vigorẽ Euãgelicę professionis

nis, qua iubemur & vxorem, & liberos, & parentes & vitam deniq; contẽnere, si res ita poscat. Leuissimum autẽ est negligere diuitias, si rem expẽdas: si vulgi mores, multo omniũ grauissimũ. Dñs igiť videns suos discipulos solicitos ac mœstos ob hũc sermonem, & desperationi ꝓximos, addit illis animũ, sed primũ cõiectis in illos oculis, qđ facere solitus est, quoties aliquid eximiũ esset dicturus: Quid desperatis, inquit, de salute diuitũ? Ardua sunt quę requiro, sed magis ardua ꝓ̃standa sunt. Nihil difficilius quã vitã negligere Euãgelii gratia. Hic me autẽ habebitis. Si reperienť, quib⁹ Euãgeliũ sit vita charius, desperatis futuros, q̃bus diuitię sint Euãgelio viliores? Hæc affectibus humanis videnť impossibilia. Sed hęc res agitur diuino ꝓ̃sidio. Deus exigit ardua, & humanis maiora virib⁹, sed idẽ addit opẽ, vt possis qđ iuberis. Ita fit, vt qđ homo nõ põt ex sese, id possit auxiliante deo, qui nihil non põt. Huic qui toto pectore fidit, per illũ nihil nõ poterit. Itaq; qui negligit possessiones ob regnũ dei, non facit dispendium, sed lucrum. Vt autẽ hoc intelligat, nõ est humanæ prudẽtiæ, sed fidei cœlitus ĩfusæ. Quisqs enim credit toto pectore, pro relictis possessionib⁹ quæ remorabanť à negocio salutis, & hĩc cẽtuplũ rẽpẽdi, & ĩ futuro seculo vitã donari æternã, volẽs ac lubẽs accipiet talẽ cõmutationẽ. Ex hoc sermone, q desperationẽ adimebat, accessit pl⁹ animi discipulis

Et cœpit ei Petrus dicere. ſcipulis, quā oportuit. Iam enim Petrus ex collatione iuuenis, qui mœrens aberat, cœpit ſibi nōnihil placere: Ecce, īquiēs, nos tua cauſa reliquim⁹ oīa, & ſequuti ſumus te. Pręſtitimus qđ ab adoleſcēte requirebas: illi ꝓmittebas theſaurū in cœlis, nobis igiť quid ſperandum eſt præmii? Si cenſum apoſtoloꝝ æſtimes, non multum reliquerāt, ꝑſertim Petrus qui piſcator fuerat, & quotidiana opera ęgre victū parabat: ſed ſuum cuiq; maximū ē. Et plurimū relinquit, qui totum qđ habet ſic deſerit, vt nec de ſarciēdo, nec de augēdo cogitet. Qui penitus exuit affectū opulentię, tm̄ reliqt, nō quantū erat in cēſu, ſed quātū poterat optari. Ad hanc regulā dn̄s æſtimans res ab apoſtolis derelictas; qui qđ charius erat alacriter reliquerāt, nimirū parētes, vxores & cognatos, reſpōdet hunc in modum: Illud ꝓ certo dico vobis: Non vos ſolum nō fraudabimini ꝑmio veſtro, ſed nemo futurus eſt, qui ſi reliqrit Euangelii ſtudio, meaq; cauſa domum, fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrē, aut liberos, aut agros, non pro ſingulis relictis centuplum ſit recepturus in hac etiam vita, quantumuis ſæuiant perſequutionum procellæ. Siquidem longe plus accreſcet ex charitate Euangelica, quàm deceſſit ex immanitate perſequutorum. Pro vno fratre aut ſorore iuxta carnem relicta, tot habiturus eſt fratres ac ſorores, quot habebit profeſſionis Euangelicæ ſodales. Vehementiores autem

atque

atq; etiã dulciores sunt affectus spiritus, q̃ naturę. Pro vno patre ac matre tot habebit patres, quot habebit doctores: pro vna domo relicta nusquàm non habebit domũ, vbicunq; vigebit Euãgelica charitas, quæ cõmunia facit oīa. Pro paucis agris relictis veniet in cõsortiũ omniũ agrorũ, quos possident germani euãgelii professores. Quæ si nõ contingerent, tamen corporalium rerum dispendiũ spiritualib⁹ animi dotib⁹ sarcietur, vt centuplo malis accepta, quàm relicta. Nulla enim cõparatio fluxarum rerum, ac mox etiam, si nullus eripiat, perituraꝝ, ad opes animi, quas nemo potest largiri, nisi solus deus, nemo potest eripere, nisi qui largitur. Et si hoc quoq; lucrũ parum videtur, addetur ad cumulũ, æternæ vitæ possessio in sæculo futuro. His dictis iesus confirmauit animos discipulorũ suorum adhuc imbecilles, ne vel pœniteret reliquisse quod reliquerãt, vel olim in admiratione corporaliũ diuitiarum relaberẽtur: itaq; dum vilibus reb⁹ studerẽt ditescere, miserabiliter bonis animi pauperescerẽt. Est autẽ hæc infœlix rerum vicissitudo, quũ quis ab animi bonis ad corporalia recidit, à veris diuitiis ad inanes ac fallaces relabitur, ab æternis cõmodis ad caduca fluxaq; reuoluitur. Itaq; ne discipulis securitatẽ adderet, quod à dño ob relictas res & affectus neglectos essent collaudati, adiecit huiusmodi clausulã: Multi tamen qui nunc primi vidẽtur, erunt olim nouissimi:

mi: & qui nunc videntur postremi, erunt olim primi. Nec desperandi sunt, qui nondū possunt hoc præstare, quod exigit Euangelicus vigor, nec sibi debent fidere, qui iam ad gradum aliquem profecerunt. Sunt enim qui idem fecerunt quod vos fecistis, & ad sceleratiorem auariciam relapsuri sunt. Et sunt qui nūc nō possunt opes suas contemnere (quemadmodum iuuenis ille) qui post superabunt illos qui videbantur reliquisse omnia. Postremo qui visi sunt iuxta mundi iudicium opulentissimi, comperientur fuisse pauperrimi: & qui in speciem videbantur omniū rerum mūdanarum contemptores, deprehendentur fuisse cupidissimi. Non enim in rebus sita est hæc laus, sed in affectibus. Pauperior est, qui quod casu obtigit, sic habet quasi non habeat, facile donans, quoties subleuandus est proximus, nec gaudio gestiens si quid accrescat: nec dolore contabescens, si quid eripiatur: quàm is qui hoc ipsum pusillum, quod habet, magni facit, nec augēdi facit vllum finem. His dictis videbatur iudam notare, qui quum & ipse relictis omnibus sequutus esset Iesum, tamen post sceleratius auarus compertus est, quàm ii, qui iuxta mundum sunt opulentissimi. Huiusmodi sermonibus Iesus paulatim fingebat ac formabat animos suorū aduersus tēpestatē omniū grauissimam, quæ instabat, & à cuius cōmemoratione vehemēter abhorrebat illorū animus. Iam enī cœpit ascē-

Erant autē in via ascē dentes.

ascendere hierosolymā, cuius nomē oderant discipuli, quod audissent illic dñm indigna passurum. Alibi nō nunq̄ præcedebant discipuli, veluti quū esuriētes vel lerēt aristas. In hoc itinere nō poterant præcedere. Dif ficile siquidem iter est ascendere Hierosolymā. Fortiū & robustorū/hoc est, & in quibus hic mūdus iam ni hil habet suū. Itaq; præcedit iesus, sequūtur discipuli, sed tristes & obmurmurātes quod se volens in mani festum vitæ periculū conijceret. Et illius animū admi rabantur, & sibi metuebāt, ne per illū venirent & ipsi in cōmune periculū. Tales discipulos, tam crassos, & infirmos tolerauit iesus, & nos tædet imbecilles imbe cilliū ferre tarditatem? Ad regnū inhiabant omnes, cupiebant esse consortes gloriæ, ac de primo loco di sputabāt. Cæterū ab eo, quod erat omniū maxime ne cessarium, totis animis abhorrebāt. Iesus itaq; nobis exēplū ostēdens, vt in instituēdo ꝓximo magis ei tra damus quæ necessaria sunt, q̄ quæ iucūda, ac salutaria magis, quàm suauia: accersitis ad se duodecim, quos huius tempestatis aliqua ex parte participes etiam, nō modo testes esse voluit, infixit animis illorū, quæ pri9 tecte, mox aperte etiam prædixerat: Ecce venit tēpus, de quo iam frequēter dixi vobis: Ascendim9 Hieroso lymam, vt intelligatis me volentem ac scientem pati, quæ passurus sum. Non enim oportet fugere, quum tempus adest à deo præscriptum. Hierosolymis pera

gē

getur hoc sacrificiũ, is locus huic victimæ destinatus est. Et fili⁹ hominis tradet̃ in manus eorũ, qui primas tenent inter sacerdotes, & scribarum pharisæorũ & seniorum populi. Hi veluti nocentẽ & impium damnabunt illum, & obiectis variis criminibus, addicẽt illũ supplicio capitis: mox vt palàm facinorosum tradent illum gẽtibus, vt ab illis ludibriis afficiatur, conspuatur. Deniq; flagellabitur & occidetur, sed à morte reuiuiscet die tertio. Hæc vos duabus potissimũ de causis & scire & meminisse oportet: partim ne putetis hęc fortuito, aut me inscio, vel inuito geri, quæ geruntur ex dei cõsilio omnia: partim ne vos oborta procella, velut inopinantes supra modũ perturbet. Nec enĩ decet vos adeo indigne ferre, qđ ego volens, & vr̃a causa, & ex præscripto patris passurus sum: nec conuenit vos ad rem velut inopinatam exanimari, cuius toties vos præmonui. Ad hũc sermonẽ quũ velut obtorpescerent apostolorũ animi, nec auderent dehortari, accedũt priuatim ad iesum duo ex discipulis, Iacob⁹ & Ioãnes filii Zebedæi. Hi ad resurrectionis mentionẽ spem bonã cõceperant, mox exoriturũ regnũ illud, qđ toties ꝓmiserat christus. Nõdum penitus exuerant ambitionis affectum. Matrẽ enĩ subornarãt, per quã sibi postularent præcipuã aliquam dignitatẽ in eo regno: sed priusq̃ ꝓponunt quid optẽt, obstringere conantur fidem dñi, ne fas esset negare qđ peterent. Ille

veluti

veluti nō negaturus, quicquid petissent, iubet vt elo/
quātur quid magnę rei postulent. Videbātur enim ali
quid magni petituri. Dñe, inquiūt, petim⁹ hoc hono
ris in regno tuo, vt simus tibi proximi assessores, al/
ter ad dexterā, alter ad leuam. Iesus ꝑcontatione ꝓdi/
dit illorū ruditatem. Adhuc enim somniabant regnū
aliqđ corporale: adhuc de primatu cogitabāt, sed tum
quidē tēpus non erat eorū crassitudinē obiurgare: cæ
terum ad mortis cōmemorationē, vnde abhorrebat
illorū animus, reuocat illos, dicēs: Quoniā nō intelli/
gitis quale sit regnum dei, ideo nescitis quid petatis.
Quęritis inanē gloriam: nec cogitatis, quib⁹ reb⁹ ad
veram regni mei gloriā perueniatur. Ego vobis viam
aperiā: ea, si placet, sperate gloriā optatam, sed veram,
nō qualem vos somniatis. Potestis bibere de poculo,
de quo ego nūc paro bibere? Potestis baptizari ba/
ptismo, quo ego mox baptizabor? Illi auiditate cō/
sequēdi quod optabant, sicut stulte postularant, ita te/
mere de se pollicētur, nondū sibi satis noti: possum⁹.
Nec hanc stulticiam discipulorū conuiciis insectatus
est clemētissimus dñs: nondū enim venerat tēpus, vt
harū rerum essent capaces. Adhuc velut per somniū
audiunt, quicqd audiunt: & tamē nihilo segnius for
mat illos & instituit, sermonē ad illorum imbecillita/
tem attēperās: vt olim velut expergefacti, clare cogni
ta per spiritū sanctū veritate, hoc magis amarent do/

minum: qui quũ talis esset, tales discipulos tam leniter ꝑtulisset: & ipsi vicissim iam facti perfectiores in proximorũ, quos instituerent, imbecillitate ꝑferenda, dñi lenitatem imitarẽtur: nimirum memores, q̃ rudes, q̃ obliuiosi, q̃ tardi fuissent & ipsi aliquãdo. Ambitiosa vox erat: Assideam⁹ in regno tuo proximi: temeraria vox erat, possumus, eorũ qui mox essent dñm abnegaturi metu: sed error non ex malicia, verũ ē simplicitate profectus, aut sanari debet, aut ad tẽpus tolerari. Respõdit itaq; iesus: De poculo quidẽ meo bibetis, & baptismo quo baptizor, baptizabimini, sed olim. Nõ dum enim potestis, qđ vos posse cõfiditis: huc igitur parate animos vr̃os. Cæterũ de præmio iudiciũ om̃e relinquite deo patri: vos tantũ hoc agite, vt me imitemini. Sũt apud illũ sua cuiq; parata prẽmia, q̃ pro suo arbitrio distribuet, prout ipsi visum fuerit. Nõ enim hæc res agitur in regno cœlorũ quemadmodũ in aulis principum: vbi nõ semp primus est dignitate, qui merito prim⁹ est, sed cui rex maxime fauet: fauet autẽ aliquãdo deterrimo. Cæterũ apud patrẽ meũ nullus est respectus ꝑsonæ. Nec vestrũ est, dispicere modum meritorũ vestrorũ, quũ ex vobis ipsis nihil possitis: neq; circũspicere, quãto sitis aliis superiores, tãtũ pro viribus à deo datis conandum est, vt me sequamini. Nõ fraudabimini præmio, etiam si de præmio nõ cogitetis. Etenim qui præmii causa certat, nõ certaturus, nisi

[illegible].Nemo sui iudex sit, sed conatum omnẽ adhibens, iudiciũ omne deferat deo. Et ecce malũ ex malo nascitur. Duorũ discipulorũ simplicitas, prodidit aliorũ maiorẽ etiã ruditatẽ. Etenĩ vbi resciuerant, quid duo ambissent apud dñm, quanq̃ nõ impetrarant: Cæteri velut inuidẽtes, indignãtur illis, q̃d parum agnoscẽtes mediocritatẽ suam, primũ locũ ausi fuissent postulare, qui potius aliis debebatur. Nullus autẽ sibi non sperabat, vt suis quisq; dotibus ac meritis blanditur. Hi nimirũ sunt affectus eorũ, qui viuũt in aulis principum. Sibi quisq; placet, sibi quisq; pollicetur primos honores, & aliis prælatis inuidet, nisi quod aulicorum ambitioni mixta est malicia: discipulorum ambitio, mera simplicitas erat. Atq; interim eius sermonis, quẽ Iesus habuerat de minimo & maximo in regno cœlorum, de'q; imitatione paruuli, profunda illis obrepserat obliuio. Quod si quis roget, quãobrẽ dominus tantam ruditatem tamdiu passus sit residere in discipulis, per quos statuerat euãgelicam philosophiã proferri per orbem vniuersum: ideo potissimum passus est, vt hos affectus paulatim ac penitus ex animis suorum reuelleret, & ideo toties sinit illos in eundem affectũ relabi. Veluti si quis statim à febri liberetur, protinus obliuiscit̃ & morbi & beneficii: si quis subinde recidens in morbum, tãdem ægre liberatur, ma-

gis odit morbū suū, magis agnoscit sanitatis restitutæ beneficiū, meliusq́ꝫ nouerit aliis eodem obnoxiis morbo mederi. Itaqꝫ iesus intelligens & duorū stultā petitionē, & alioꝝ īdignationē ex eodē fonte ꝓficisci: oēs simul aduocat, vt omnib⁹ eodē pharmaco medicinam admoueat. Quoties, inquit, auditis de regno cœlorum, qđ vtiq́ꝫ spirituale est, nec min⁹ differens à regno mundi, q̄ꝫ terra differt à cœlo: nolite vobis fingere talē speciē rerū, qualē videtis in regnis terrenis. Scitis enim, qđ qui videtur principatū tenere inter gētes huius mūdi, dominatū exercent in subditos populos: & qui magnates sunt inter eos, potestatē suā exercent in eos, quib⁹ præsunt: cauete ne quid tale sit inter vos. Hic iuuandi studiū maiorē reddit, non ambitio. Proinde, quemadmodū & ante vos docui, quicunqꝫ voluerit inter vos vere magn⁹ esse, sit vester minister: nec semet erigat ad dominandū, sed seipsum deiiciat vt prosit omīb⁹. Et quicunqꝫ voluerit inter vos esse prim⁹, fiat omniū seruus: nec sibi vindicet dignitatē, sed obseruiat omniū vtilitati, nihil hinc honoris sibi venās, sed deo, cui seruit in mēbris ipsius, totā gloriā transscribēs. Nō pigeat vos hoc imitari, quod in me videtis expressum. Nō eñ venit filius hominis in mūdū, vt imperaret, vt alios seruitio premeret, sed vt omnium saluti subministraret: nec inseruiret solum commodis omniū, verum etiam seruis in libertatem asserē

dis,

dis, semetipsum impēderet, vt vnius dispendio plurimi seruarentur. Nimirū hic est principatus Euangelicus, quem qui volet ambire, meo ambiat exēplo: & expectet præmiū, nō qđ ipse sibi præscribat, sed qđ patri visum erit largiri, queadmodū ego simpliciter obtēpero paternis iussis vsq; ad crucem, arbitriū premii deferens illi. Impudēs aūt fuerit ad exēplum terrenorum principū ambire dignitatē, & à patre cœlesti quærere premiū. Aut ambite regnū cœleste, & expectate cœleste p̄miū: aut si ambitis regnū huius mundi, nolite poscere p̄miū regni cœlor̄. Talibus monitis præmonētur, qui p̄ficiscuntur cū Christo Hierosolymam. Etenim quo quisq; est purgatior ab oībus carnis affectib⁹, hoc instructior est ad certamē crucis. Iā igit̄ puenerāt in ciuitatē Hiericho, quæ nō ita multū abest ab Hierosolymis. Hiericho Syris lunam sonat: ea typum habet huius vitę, quę nihil aliud est, quàm perpetua nascentium ac morientium, ęgrotantium ac reualescentium, pubescentium ac senescentium, lætor̄ ac tristium vicissitudo. Nostra causa ex illa cœlesti trāquillitate descendit Iesus: non tamen hic cōmoratus est, sed Hierosolymam properat, auidus humanę salutis. Atq; hactenus sequūtur eum discipuli, simulq; cū his copiosa hominum multitudo. Vide autem vt nusquam Iesus nō ē hoc, quod dicitur: Aut docet, aut sanat, aut viuificat. Qđ mors illius erat effectura per

Et veniunt Hierico.

Euangelii prędicati fidem, hoc exhibet imagine corporali. Cæcum erat genꝰ humanū, ignorātia veri: mēdicū erat, inopia virtutum omniū. Nisi transisset nos Iesus, nō erat spes lucis. Sedebat enim iuxta viam mēdicus quidā nō ignotus, oculis captꝰ, noīe Barthimeꝰ Timei filius: qui cum sensisset aduenire Iesum, clamare cœpit, ac dicere: Iesu fili Dauid, miserere mei. Primum rumor Euāgelicus nūciat nobis transire Iesum porrò mox cōcepta de illo fiducia, nō cōmittit, vt nobis tacitis pertranseat, sed agnoscēs suam miseriā, inclamat misericordē. Luci proximus est, qui cæcitatis suæ magnitudinē agnoscit. Nō est ista vox pharisaica, miserere, q sibi videnť oculati, sed Euāgelica: nec ista, fili Dauid. Dicūt enim: Nonne hic est filius fabri? Plus cæcus ille videbat p tenebras, quā hodie cernūt Iudæi, qui iactant legis scientiam, seq̃ ꝓfitenť duces cæcorū. Sed misero vociferāti obstat turba. Quid enī aliud pōt turba, quā obturbare? Reclamat illi cōsciencia nō vna voce, sed tot vocibus, quot admissorꝫ sibi cōscius est animus. Quid tibi cū Iesu. tot peccatis inquinato? Reclamat lex. Frustra clamas, iustus est deus: expecta pœnas tuorꝫ scelerū. Reclamāt magistratꝰ synagogæ, ne quis hoc nomē Iesu ꝑdicet, ne qs nominet. Nō est salus in Iesu, sed i Mose. Obstrepūt & philosophi, & principes ethnici. Sed vt agnoscas in cæco fiduciam vere Euangelicam, nō cedit reclamanti turbæ:

bæ:& adeo nō cedit,vt obiurgatus iussúsq; tacere,validius etiã vociferet͂:fili Dauid,miserere mei.Offenditur turba clamore mēdici,Iesus solus nō offendit͂,sed restitit,iussítq; cæcum accersi ad sese. Audierat Iesus transiens clamorē,sed dissimulabat.Nō erat hoc difficultatis,sed elicientis ad exemplum alioꝝ insignē cæci fiduciam:ac per cæcum omnes docere voluit,quibus modis lux extorqueri possit à Iesu.Pria spes est, restitare ad nostrum clamorem Iesum. Secundo per doctores Euãgelicos,aut etiam afflatibus arcanis ad ipsum accersi.Nec enim cæcus illum adire poterat sine ductu sacræ doctrinæ,quæ nobis aspernanda non est,etiam si per hominem administret͂. Feliciter autē vocant apostolici viri cæcū, quoties iussu Iesu vocantur ad Iesum.Sed hodie sine iussu Iesu vocant, nō ad Iesum,sed ad præsidia philosophię humanę,ad obseruationem legis Mosaicæ,ad huius vitæ commoda:hi nimirum ex cæco reddunt cæciorē.Sed apostoli iussis domini obtēperantes, vocant eum ad Iesum : & adeo non obstrepunt,quemadmodū turba, vt bene sperãti fiduciã addant,dicētes:Bono sis animo,surge, vocat te Iesus.Ex his verbis tantam spem concepit cæcus,vt abiecto etiam pallio,quo defendebatur aduersus frigoris iniuriã,exilierit,& accurrerit ad Iesum Hic ego paulisper te remorabor optime lector,vt spectes cęci hui⁹ ac mēdici alacritatē.Quoties tu voca-

ris ad Iesum, nec abiicis palliũ, nec exilis, nec accurris ad vocantem, sed tergiuersaris, differs, hęsitas, causaris torpescis in sordib⁹ ac tenebris tuis, mauis in sordido pallio stipẽ emẽdicare ab hoc mundo, quã ab Iesu lucem accipere, quę summã totius felicitatis cõplecti tur. Quã est splendida vestis innocẽtiæ. Quã sordide palliatus ẽ, qui libidine, qui auaritia, qui luxu, qui am bitione coopertus est: Quã abiecte mẽdicus est, q ob vile cõmodũ corporis, supplex est huic mundo: Quã misere cæcus est, qui nec se nouit, nec deum: Quoties autem ab ista miserabili calamitate vocaris ad Iesum, lecta aut audita doctrina Euãgelica, aut arcano quopiã spirit⁹ afflatu attract⁹, quur nõ reiectis oĩbus q̃ remo rari solent à tanta felicitate, exilis ad spẽ vitę melioris: quur nõ accurris summa cũ fiducia ad Iesum, qui so lus põt dare lucẽ, & dare vult oĩbus: Venit ad te Iesus accersit, & tu grauaris illi vicissim occurrere: Ad mor tẽ vsq; contabescis in tenebris tuis, at nõ semp habe bis trãseuntem Iesum. Certe post mortẽ neminẽ vo cat ad salutem, sed ad iudiciũ. Hic transiens audit cla mantem: Miserere mei, hic restitat, hic vocat, hic illu minat. Tuam ignauiã pudefecit hic mẽdicus, qui quũ venisset ad Iesum, ait illi dominus: Quid tibi vult tu⁹ clamor: Quid vis vt faciã tibi: Quid: An ignorabat Iesus quur ille clamasset: An ipse nesciebat quid eẽt facturus: Nequaquã: sed nobis agitur hæc fabula. Mul ti cre-

ti credebant cæcum expectare stipē à dño, qñquidē mendicus erat. Sic enim & hodie multi vociferant̃ ad Iesum: Dñe, miserere. Rogati quid petãt, quid tandem optant? Alius dicit, fac vt ditescam: alius, liceat assequi magistratũ: alius, da vxorē cũ dote: alius, da vires corporis: alius, da longeuitatē: alius, da vlcisci inimicũ. At ista nō raro Iesus eripit amicis suis, qm̃ sic expedit ad salutē. Nihil horũ petiit mēdicus Euangelicus, nouerat enĩ quid eēt petendũ à Iesu. Audiam⁹ igit̃ cæcũ, & imitemur. Rabboni, hoc est, preceptor mi, fac vt videam. Ceterũ rerũ omniũ securus, nihil aliud optat, quã lucem, qua cernat deũ, & Iesum filiũ eius: quem nosse, est vita eterna. Nam nosse, videre est. O p̃cationē vere Euangelicã. Quãtulũ habet verbo℞, sed quãtum fiduciæ. Nimirum hæc est illa breuis oratio, que penetrat cœlos. Iesus itaq; respondit: Abi, fiducia tua tibi salutem peperit. Non statim perditus est, quisqs corpore nihil cernit: sed saluus esse non potest, qui nihil cernit oculis animi. Hos oculos recepisse, salus est æterna. Audi vocem hanc, quisquis es vir pharisaice, qui dicis, crebris ieiuniis, prolixis deprecationib⁹, eleemosynis meis, sacrificiis meis salutem acceptam fero, & ideo non clamas, miserere: sed, redde premiũ debitum. [redacted] Ilico visum recepit cæcus, nō quia meruerat, sed quia credebat. Ac iussus abire, sequutus est Iesum. Gratis

datã

data lux est, gratis adempta cæcitas. Post tuo relinq̃ris arbitrio, vtrum dono dei bene an male velis vti. Nō cogeris sequi, tm̃ datum est, vt cernas Iesum: abi quò vis, sed tuo periculo. Quid autē fecit beatus ille cæcus? Non rediit ad pallium, nō rediit ad pristinam mēdicitatem, sed oblitus omniū, sequut⁹ est Iesum in via. Parum est nouisse Iesum, nisi quem vides, studeas æmulari. Iesus rectà ad crucem proficiscit̃, huc illum receptis oculis sequaris oportet. Quamdiu cęcus es, vociferari potes: Iesu miserere: sed nisi recepto lumine in hac via Iesum sequi nō potes. Quis enim sequeret̃ animam suam sponte tradentem in mortē, nisi per fidem cerneret, per ignominiā tēporariā perueniri ad æternā gloriam: per cruciatus corporis, perueniri ad æterna gaudia: per mortē, perueniri ad vitā æternam? Hæc nō perspiciūt huius mundi lyncei, qui nō solū omnibus oculis inhiant imperio, opibus, honorib⁹, voluptatib⁹, longæuitati: verū etiam cōsultis astrologis, ariolis, & Magis ad ista contēdunt. Hęc soli vidēt, qui credūt qđ docet Euangelium: qui confidunt sese accepturos, quod promisit Euangelium.

CAPVT XI.

Nondum erat peractum in animis discipulorum, quod Iesus per imaginem expresserat in cęco. Nondum clare cernebāt, quàm felix sit mors, Christi mortem imitantium. Adhuc somniāt regnū hui⁹ mūdi.

di. Dñs itaq; quo magis infigeret animis illorũ, quã non sit affectandum hoc regnum his, qui Iesum seq velint: spectaculum quoddam oculis illorũ exhibet, quo derideret huius mundi gloriam, vt rem temporariam, moxq; perituram: sed eadem opera declarauit se se quicquid libuisset, imperare potuisse quibuslibet, nisi patris volũtati maluisset obtemperare. Postremo testatum omnibus esse voluit, se esse illum, quem tot seculis Iudæi ex propheta℞ oraculis, expectarãt venturum ad salutem totius mũdi. Iam itaq; ꝓpior fact⁹ Hierosolymis, nimirum iuxta Bethphage & Bethaniam, quæ duo oppidula sunt in monte, qui dicitur Oliuarum, vnde Hierosolyma erat in ꝓspectu: illinc emittit duos è discipulis suis, cum huiusmodi mãdatis: Ite, inquit, in vicũ illum, quẽ videtis è regione: & ingressi statim ad portã, inuenietis asinę pullum alligatũ, rudem adhuc, & cui nullus hominũ hacten⁹ insedit: soluite eũ, & adducite huc ad me. Qđ si qs vos interrogauerit, quare soluitis pullum? Dicite, domin⁹ hoc habet opus, & ilico mittet huc ad nos. Abiere sicut erant iussi discipuli, venerunt, repererũt asinæ pullum alligatum pro foribus in biuio, soluunt eum. Interea quidam de his, qui illic adstabant, vbi viderunt ab ignotis solui pullum, aiunt illis: Quid facitis? quur soluitis pullum? Discipuli nihil aliud respõdẽt, quàm quod iusserat dominus: Domin⁹ hoc opus habet. Illi

quum

quum non agnoſcerēt quē dicerent dñm, nihil vltra percōtati dimittunt pullum. Solutum, diſcipuli adduxerunt ad Ieſum. Hic etiam atq; etiā te lector admonitum eſſe volo, nō ſolū quę loquutus eſt Ieſus Chriſtus, verūetiam quæcunq; geſſit per oēm vitam, non eē fortuito geſta, ſed ex cōſilio diuino ad humani generis eruditionē. Nihil enim eſt qd̕ nō habeat, aut exēplum nobis ad pietatē expreſſum, aut repreſentationē veteris prophetiæ, aut exhibitionē figurarū, quibus lex velut ęnigmatib9 quibuſdam Chriſtū ſignarat, aut ſignificationē rerū poſt euenturarū. Id quum in oibus ab illo geſtis veſtigandū ſit, tamē quò propius acceſſit ad diē mortis, qua noſtrę ſalutis negociū præcipue peragendū erat, hoc ſacratiorib9 myſteriis plena ſunt oīa. Nimirū inſtabat illud tēpus, de quo p̄dixerat ille vehemēter ſitiens ſalutē omniū: Quū exaltatus fuero à terra, oīa traham ad meipſum. Nā anguſta erat illius charitati Iudæa: & illic fructus Euāgelii nō reſpondebat operę ſtudioq; cultoris. Acceſſit ita q; pullus aſinæ rudis, cui nullus hominū inſederat. Is eſt populus gentium, nec legi naturæ parens, nec legi Moſaicæ ſeruiens. Nam aſinæ, hoc eſt, ſynagogę tergum preſſerat Moſes, preſſerant prophetæ. Ad gētiū autem vocationem emittuntur aliquot ex nouis diſcipulis, qui accerſant non ad Moſen, ſed ad Ieſum. Hic nō erāt defuturi, qui obſtreperent: Quid facitis? quur ſolui-

soluitis pullũ? Nã pullus & multos & incertos habebat dños, & alligatus erat, & stabat in biuio. Qui nõ paret legi dei, tot habet dños, quot seruit vitiis. Et sic alligatus est, vt domũ non habeat, sed pateat in biuio cuiuis occupanti. Verũ accersenti iesu nemo potest resistere. Iudæi clamabãt: Hæc salus nobis præmissa est, vnde gẽtes idololatræ miscẽtur nobis? His respõsum est, qui dñs est vniuersorũ, talibus pullis opus habet. Iam frustra laborãdo apud iudæos lassus est, in rudi pullo cupit cõquiescere. Non offendit ruditas, modo adsit obedientia fidei. Nouo sessori, Nouo iumẽto est opus. Adiuuant hãc fabulã apostoli, nondũ intelligentes quid ageretur. Insternũt pullo sua pallia, ne nudũ tergum premeret iesus. Discipulorum sedulitatẽ imitare, quisquis es doctor Euãgelicus. Vbicũque videris rudẽ asinæ pullum alligatũ in biuio, ignarũ legis Euãgelicæ, obnoxiũ multis vitiis, sed ob stulticiã potius quam ob maliciã: sed qui pariturus sit, si quis abducat, hũc soluito, adducito ad iesum, insternito pallia sanæ doctrinæ. Et tergũ illius dignabitur premere dñs oĩum iesus. Imitare & aliorũ studium, qui iam processuro Iesu, viã cõsternebant vestibus suis, hoc est, exẽplis Euãgelicæ pietatis. Nõnulli etiã ramis ex arboribus decisis ornabant viã, præsertim e palmis, quæ virginũ ac martyrũ habent typum. Per talẽ viã, tali iumento magnificũ ac regale putat incedere dñs omniũ iesus. Cũ hoc

hoc spectaculo mihi paulisper confer, ô lector, aliquē ex his, qui apud iudaicos sacerdotes primas tenebāt: ac primū illud cogita, qualis, & quātus sit hic, qui vehitur asinæ pullo. Fili9 est dei, cui pater tradidit oēm potestatē in cœlo & in terra. Seruator est ac gubernator toti9 mūdi. Autor, dñs ac rex omniū quæ cōdita sunt: sacerdos in æternū, secūdū ordinē Melchisedec, qui nutu poterat, quicquid volebat: cuius maiestatem adorant omnes angelorū ordines, qui dexter assidet patri omnipotenti. Cū huius dignitate cōpone vnius templi pōtificē, qui sacerdotiū vnius anni ab impio rege turpi precio redemerit. Cōfer nudūm iesu caput, cum huius auro gēmisq́ꝫ lucēte Tiara. Confer modestum illū & mansuetū iesu vultum, cū huius facie fastu turgida, fronte tōrua, supciliis adductis, oculis elatis, ore procaci. Cōfer nudas iesu man9, ad huius digitos anulis ac gēmis onustos. Confer iesu simplicē ac plebeiam vestē, cū huius ornatu tragico, in quo nihil vilius purpura & auro. Cōfer discipulorū pallia, cum ephippiis aureis, cum stragulis hyacinthinis, cū stapedibus argēteis, sed inauratis. Cōfer publicū asinæ pullum gestatorē iesu, cum tot mulis, bysso & auro vestitis, tot sūpbis caballis, tot mannis magno emptis, tot vehiculis, tot lecticis, tot sellis curulibus, vni homini gestādo paratis. Confer paucos & humiles iesu discipulos, cum plus ꝙ̄ regali pōpa anteambulonū, puerorū

torum inſignium,turbarū,lituorū,ſtipatorum,ſatelli tum,equitum,ac peditū turmis,in quibꝰ vt quiſq; ſu perbiſſimus eſt,ita pōtifici proximꝰ eſt & acceptiſſi⸗ mus. Confer puerorū acclamationes,qui præcedētes ac ſequētes ieſum,afflati diuino ſpiritu,canebant illud ex prophetia pſalmi:Oſiana,hoc eſt,ſaluifica. Benedi ctus qui venit in nomine dñi. Benedictū quod venit regnū patris noſtri Dauid. Oſiana in excelſis,cū pro fanis acclamationibꝰ,quibus iudaico & ſcelerato pōti fici acclamat adulatorū chorus: Viuat ſanctiſſimus pō tifex:vincat ſummus ſacerdos dei: regnet beatiſſimus religionis princeps.Quàm huiuſmodi pōtifices auer ſetur ieſus,illud argumēto eſt,quod totū illud fucatū & ſuperbū ſacerdotium,cum ſuo tēplo,deleri iuſſerit. Siquidem hi ſunt,per quos etiam hodie perimitur ie ſus in mēbris ſuis : ~~ſolus vult eſſe ſacerdotū princeps.~~ Tales autem quærit miniſtros,qui adducant aſinum, qui inſternant ſua pallia, qui palmorum ramis cōſter nant viam,qui acclamationibus piis agnoſcant adue⸗ niſſe regnum Euangelicum,à prophetis promiſſum. Nec audit obmurmurantes phariſęos,quibus nō pla cet hæc acclamatio,dicens vel ipſos lapides clamatu⸗ ros citius,quàm taceretur dei gloria.Tali pompa rex Ieſus ingreſſus eſt regiam ciuitatem Hieroſolymam, ingreſſus eſt templum cœleſtis ſacerdos , atque illic quod rege ſacerdoteq; dignum eſt,docuit populum,

ſanauit

sanauit ægrotos, restituit debiles, veluti tyrannidē oc cupās in regno alieno. Discruciātur interim impii sacerdotes & pharisæi cū populi primatibus, sed acclamat simplex ac docilis turba. Iesus autē velut instauraturus collapsam templi religionē, quæ tum pharisęis maxime videbatur florere, collustrauit totū templū, obseruans si quid illic gereret̃ tēplo dei indignū: non quod illi magnope curæ fuerit, quid in eo tēplo gereretur, quod paulo post nouerat esse demoliendū: sed imagine quadā rei corporalis declarare voluit, qualē vellet suam ecclesiā, quā ædificabat ex viuis lapidib9. In his cōuenit obambulare pōtificē, & circumspicere, ne quid sit, quod templū deo dicatū profanet. Profanat autē ambitio, quæstus turpis, auaricia, fraudulentia. Has abominationes nō fert in tēplo suo dn̄s iesus. Quū autē iam appeteret vespera, reuersus est in Bethaniam, quod in tam opulēta, tam'qȝ supba ciuitate nō reperiret hospitiū iesus. O religionis apicē, qui nō fert religionis omnis antistitē. O falsò dictam Hierusalē, quæ cupiditatib9 terrenis excæcata, nō agnoscit pacificatorē suū. O fœlicem Bethaniā, quæ sine legis operibus, per simplicē obedientiā fidei, meret̃ habere hospitem iesum. Postero die quum diluculo rediret Hierosolymā, relicta Bethania, inter viā cœpit esurire Iesus, vere famelicus humanæ salutis: & illi suauissimus erat panis, ex volūtate patris redimere gen9 humanū:

quāqȝ

quanquam & iuxta naturam hominis assumptã vere esuriebat, ac famis molestiam sentiebat, quemadmodum cæteri sentiunt homines, ex siccitate corporis. Itaq; quum procul vidisset ficum arborem, virentibus foliis pollicentem aliquid fructus: accurrit ad illã, si qd haberet, quo fami succurreret. Ingẽs dolor, quũ esurias, non esse quod edas: sed longe vehemẽtior, homines perire per incredulitatem suam, quam seruare cupias. Quumq; venisset ad ficum, ac frustratus lenocinio foliorum, nihil in ea reperiret fructus, execratus est eam, dicens: Posthac nemo fructum edat ex te in æternũ. Hæc taciti secũ admirati sunt discipuli, quod deuouisset arborẽ, maxime quũ nõdum esset tẽpus, quo solet hoc genus habere ficus. Habet quidẽ fames corporis bilem suã, sed acriorẽ habet fames Euangelica. Omnis mora dilatæ salutis longa erat Christo. Et habent arbores stata tempora, quibus ædunt fœtus suos, vt iniquus videatur, qui sterilitatem perpetuam imprecetur ei, quæ non ante tempus produxit. Ad hæc quid attinebat Iesum accurrere ad ficum, excutere si quid esset fructuum, quum sciret nihil esse? Verum hæc absurditas rei iuxta speciem corporalẽ reddebat apostolos attentiores, eosq; relegabat ad scrutationem sensus mystici. Dominus iesus esurientissimus humanæ salutis, repperit fructum in arboribus infrugiferis, quæ nullam spem de se præbebant, in meretri

cibus, in publicanis, in peccatorib9, in ethnicis, in Cananæa, in Samaritis: in solis sacerdotibus, scribis, & pharisæis, qui dulcissimi fructus Euāgelici summam de se spem præbebant, nihil omnino fructus inuenit. Tenebant arcem religionis, obuersabantur in tēplis. Tenebant legem ac prophetas, pallebant ieiuniis, pro lixe orabant, dabant eleemosynas, quin & stolę lataq́ꝫ philacteria mirum quoddam pietatis studium præ se ferebant. Hæc nimirū erant folia, vel ante tēpus præcocem fructum pollicentia. Sed dominus hoc docere voluit, nihil esse deploratius impietate falsa, religionis specie fucata. Hæc ficus meretur execrationem Iesu, ne quis foliorum pompa deceptus ex hoc hominum genere, post hac speret vllum fructū suauissimæ charitatis Euangelicæ. Itaqꝫ relicta ficu, quæ nihil cōmeru erat, ventum est Hierosolymā, quæ ficū habebat mortalem, tādiu frustra altam & stercoratā, nec aliud producentē, ꝙ̄ folia. Qumm'qꝫ esset ingressus templū, rursus imaginē exhibuit, quæ moneret, quæ puritas deceat ecclesiam Euangelicā, quæ pectus Christi spiritu dicatum. Siquidem è funiculis contexto flagello, profligauit è tēplo turbam ementiū ac vendentiū: quin etiam mensas numulariorū, & cathedras vendentium colūbas euertit. Nec patiebatur, vt quisquàm vas aliquod profanum deportaret per templū. Addidit Esaiæ testimonium, ne frustra videretur indignatus: Nōn ne,

ne, inquit, scriptum est, domus mea domus deprecationis vocabitur cunctis gentibus? Vos autem fecistis illam speluncam latronum, idem agentes fraudulentia, sub prætextu cultus diuini, quod latrones faciunt in itineribus. Non enim tam [illegible] dominus curabat illius templi, quod cum suis ritibus volebat aboleri, puritatem, sed noui templi, cuius ipse futurus erat architecton, insignem puritatem nobis commendabat: subindicans interim & illud, merito sacerdotes, scribas & pharisæos submouendos à principatu religionis, qui veterem etiam illam ac figuratam religionem sua auaricia, fraudulentia, simulatione, omniq; spurcitię genere contaminassent ac profanassent. Nunquàm legitur æque cõmotus Iesus, nunq̃ æque sæuisse. Quid facturus esset, si conspiceret suam sponsam ecclesiam, quam suo sanguine lauit, ut exhiberet sibi puram, expertem omnis maculæ ac rugæ, per episcopos ecclesiæ præfectos, omni turpitudinis genere prostitutam, ut dici conspurcatam? Qui non solum pecudes & columbas, sed omnia sacra habent venalia, quæ precio nec dari possunt, nec emi. Conspicit haud dubie, tametsi dissimulat: nec ideo pœnã effugient tales, quia dei lenitas toleret eos ad pœnitẽtiã. Nectet aliquãdo, nectet terribilis ille funiculus, qui tẽpli sacri violatores eiiciat in gehennam. Vt autem intelligas, quanta pestis sit sacerdotum ac pharisæorum auaricia: vbi hæc viderunt,

qui primas tenebant inter sacerdotes & scribas, ad quos maxima quæstus pars redibat, viā quærūt, qua possent Iesum extinguere. O ficū vere sterilem & execrabilē. Venditabant sese vt antistites puræ religionis, & indignãtur è tēplo deturbari tēpli cōtaminatores. Aderat impia mens ad parricidiū parata, sed quæritur occasio, per quam qđ optabant, tutò pficerent. Soli nō poterant amare illum amabilē Iesum, nulli nocentem, omnib9 subuenientē. Tantū metuebant illū, propterea qđ populus suspiceret illius doctrinam, & ob conspecta miracula magnifice de illo sentiret. O præposteram religionē in religionis pfessorib9. Tam impio facinore cōcepto, non metuūt deum vltorē, cui nihil occultum, & populū formidant. Quur nō saltem metuūt ipsum Iesum? Viderant & audierāt ab eo tot ædita miracula, quæ planè præsentē illi diuinam virtutem, quoties volebat, testificabātur. Qui potest pfligare dæmonia, multo facilius potest immittere. Qui verbo reuocat ad vitā exanimes, multo facilius potest vitā eripere. Si credunt tam clementē, vt nolit quenq̄, quū possit, lædere, quur talē moliunt̄ occidere? Si credunt, & velle quod potest, quur nō vel metu vindictæ temperāt à tam impio cōsilio? Nimirum hæc erat illa deplorata cæcitas eorū, qui sibi soli videbantur oculati. Iam ergo quum rursus appeteret nox, Iesus totum diem versatus in templo ieiunus, relinquit Hierosolymam

rosos

rosolymam. Toties relinquit vrbem, offensus illorum pertinaci incredulitate: toties reperit, vt aliquem fru/ctum inueniat, in tam magnifica folioꝝ pompa. Sed vtinam execranda ficus tm̄ fuisset sterilis, nec lœtale venenum ꝓduxisset. Iesus, instante iam mortis tēpo/re, nullum tēpus sinit elabi sine fructu. Diem cōsumit in templo, noctem impēdit ꝑcationi, ac priuatim ani mandis discipulis. Rursum quū mane redeūt ē Betha nia Hierosolymā, ac preterirent ficū, aīaduerterūt di/scipuli iam arefactā arborē, ab ipsis radicibꝰ vsq; ad summū cacumē. Recordatus est Petrus, quid pridie fe cisset Iesus, & agnouit ficum quam fuerat execratus, atq; admirans qđ tota tam subito aruisset radicitus, ait domino: Præceptor, ecce ficus quam execrabaris, iam aruit. Mirabatur hoc Petrus, quum lōge maiora vidisset frequenter: videlicet oblitus, nihil esse tā diffi cile, quod nō possit fides. Ex fide fructus omnis Euā gelicus nascitur: ea quoniam deest synagogæ, videmꝰ quomodo exaruerit. Floret ac germinat gentiū eccle sia, tot martyrum coronis, tot virginū gemmis, tot virtutum exemplis: quid autem Iudæorum populo deploratius, abiectius, aut sterilius? Vbi nam est legis autoritas? vbi religionis admiranda species? vbi tem/plum? vbi fastus scribarum & pharisæorum? An non tota ficus exaruit? Vos igitur, inquit, si florere vultis habete fiduciam, non in vestris viribus, sed in deo.

Illud pro certo confirmo vobis, si quis certa fiducia de deo concepta, iusserit arescere ficum, quod vos factum admiramini, non solum hoc ilico fiet, verūetiā si dixerit huic monti: moue te loco, ac conijce teipsum in mare, tametsi videtur admodum impossibile, tamē si dixerit, nihil hæsitans in corde suo, sed concepta in animo certa fiducia futurum quicquid dixerit, fiet qc quid iusserit. Hæc in deum fiducia præstabit, ne quid ab eo frustra petatis. Ideo me sponsore cōfidite, quod quicquid petieritis à patre, nihil addubitantes, quin ille sit quod rogatis largiturus, obtinget vobis, modo mens sit immunis à cupiditate vindictæ, modo rem petatis salutiferam. Nihil impetrat qui diffidit. Et enim qui diffidit, aut credit patrem non posse p̄stare, quum ille nutu possit omnia: aut non velle præstare, quod recte petitur. Nihil impetrat & ille, & si cōfidit, impudenter confidit, qui rogat patrem, vt sibi remittat quæ deliquit in eum, quum ipse nolit remittere fratri, quod in ipsum admisit. Proinde quum cōposueritis vos ad orandum, ex animo remittite, si qs aliqua in re vos læsit: hac conditione pater vester qui in cœlis est, remittet vobis peccata vestra. Quod si vos nolitis condonare proximo culpam in vos admissam, nec pater vester cœlestis vobis gratiam faciet delictorum in se admissorum. His in via gestis, rursum perueniunt Hierosolymam: ac Iesus ex more

templum

tēplū adit. Iesus in tēplo, salus est in ecclesia. Nec alibi magis versari decet eos, q Christi vices gerunt, quā in templo. Versantur aūt intēplo, qui tractant ea quæ sunt dei, non quæ sunt huius mundi. Quid agit episcopus in castris? quid ī theatris? quid in principum aulis? Iuxta corpus in templo versabantur, vt pharisæi, scribæ, sacerdotes, ac seniores: iuxta spiritum procul aberant à templo. Ergo qui principatum tenebāt inter sacerdotes, adiunctis sibi scribis populiq; primoribus, quo res videretur legitimo consilio geri, quum viderent Iesum in templo doctrina sua occupantem aures multitudinis, ac miraculis regnantem velut in alieno regno (nam & negociatores eiecerat, ac deferentes vasa per templum excluserat) adeunt illum & interpellant, refricantes veterem calumniam, ac dicentes: Qua tandem autoritate facis ista? Et quis tibi dedit istam potestatem? Doctrinam non poterant refellere: miracula nec inficiari poterant tam multa tamq; manifesta, nec calumniari poterant, quum nullum nō impenderit seruandis hominibus, idq; gratis. De autoritate venantur ansam calumniandi: nolebant enim hanc gloriam deo tribui, ac suam autoritatem volebāt vbiq; pollere plurimum. Si Iesus, quē nihil aliud quàm hominem esse credebant, sibi vindicasset autoritatē dei, parata erat blasphemiæ calūnia: sin minus, in promptu erat calumnia seditionis, quod autoritate

priuata tãtum auderet in templo, sine permissu sacer-
dotum ac seniorum. Quid autem opus erat mouere
quæstionem de autoritate, quum ipsa facta clamitarẽt
deo autore geri, quod gerebatur: quum res ipa loque-
retur hunc esse, quem deus olim per prophetas ven-
turum esse promiserat: quum pater post baptismum
sua voce declarasset hunc esse filium suum vnice dile-
ctum, cui deberent obedire? Iam sacerdotũ autoritas,
qua perperam vtebanť, ad nihil aliud valebat, quàm
ad impediendam dei gloriã. sed horũ peruersa volun
tas proficiebat etiam ad illustrãdã dei bonitatẽ ac po
tentiam. Iesus itaq; non ignarus, quid illi captarẽt: qc
quid enim respondisset, erant calũniaturi: nec adhuc
tempus adesset, vt se profiteretur esse qui erat, percon
tationẽ insidiosam prudenti percontatione retudit.
Hac, inquit, lege respondebo vestræ interrogationi, si
mihi prius ad meam quęstionem responderitis. Ioan
nis baptismus, vtrum erat ẻ cœlo, an ex hominibus?
Expedite mihi hanc quæstionem. Quàm facile diui-
na sapientia capit humanam astutiam, oĩbus technis
molientem aduersus dei consilium. Habebant cor ple
num humana versutia, conuocant in pectore dolos
omneis: & qui captabant, sentiunt sibi paratos laqos.
Sic enim apud se cogitabant: Si dixerimus ẻ cœlo, re
spondebit: quur igitur non credidistis ei de me testifi
canti? Si dixerimus ex hominibus: periculum est, ne
populus

populus in nos faciat impetũ, Nã summa erat apud populũ Ioãnis autoritas, ac sancta etiã memoria, qđ nemo dubitaret quin vere ꝓpheta fuisset. Itaq; quan quã erant superbi, tñ pudescere malebãt, quã vel re/ uinci vel lapidari. Proinde Iesu responsum exigenti, dicũt: Nescimus. Iesus quoq; par pari referẽs, ait illis: Si vos mihi nescitis qđ scitis, nec ego dicam vobis per quã autoritatẽ faciã, quæ facio. Cõferte facta mea cum factis illius, & expendite, an si nõ dubitatum est de illius autoritate, conueniat de mea dubitare.

CAPVT XII.

CVm ex hac quęstione vtcũq; fuissent elapsi sa/ cerdotes, scribę & primores, qñ senserãt insi/ dias, dñs Iesus per ęnigma ꝓponit eis aliã q̃stionem, ad quã dũ imprudẽtes respondẽt, & suã ipsoꝝ dãnãt impietatem, & fatẽtur autoritatem, quã hactenus iacta bant, merito ad alios transferẽdam. Sic autẽ habebat parabola: Quidã plantarat vineam, & circundederat sepẽ, ne pateret incursibus, ac foderat in ea lacum ex/ cipiẽdo musto, deniq; extruxerat in ea turrim ad ser/ uandã vineã. Atq; ita rebus oĩbus affatim instructã, locauit agricolis, moxq; peregrẽ ꝓfectus est. Quum autẽ adesset vindemiæ tẽpus, misit ad agricolas illos, quibus locarat vineam, seruum suum, vt à colonis re ciperet fructũ, quem reddidisset vinea. At illi conspi/ rati seruum apprehensum verberibus afflictum, remi

serunt

ferunt vacuum. At dominus lenis, misit ad illos alterū è seruis suis. Illi vero lenitate domini facti deteriores, coniectis in seruum saxis, comminuerūt illi caput, multisq; contumeliis affectum, remiserunt fructu vacuū, sed iniuriis onustum. At lenissimus dominus, ne sic quidem procurrit ad vltionem, sed tertio seruum misit. Hunc etiam occiderūt. Rursus quū alios atq; alios misisset, omnes aut pulsarunt, aut interfecerūt. Supererat huic vnicus filius, quē tenere diligebat. Itaq; ne quid intētatum relinqueret admirāda lenitas, & hunc postremum misit ad colonos, sic cogitans apud sese: Tametsi contēpserit seruos meos, tñ hūc filiū meum saltē reuerebuntur. Sed vicit oēm domini bonitatem colonorū malitia. Vbi vident adesse filium, conspirāt sceleratiore consilio. Hic, inquiunt, est hęres, venite, occidamus eum, & nostra erit hęreditas. Et iniectis in illum manibus eiecerunt è vinea, & eiectum occiderūt. Perorata parabola, domin⁹ rogabat sacerdotes & scribas: Quid igitur faciet dominus vineæ talibus colonis? Illi primum non animaduertentes, quò tēderet similitudo, respondent in suū ipsoꝝ caput pronunciātes sententiam: Veniet ipse, & pœnas sumet de colonis, ac vineā locabit aliis melioris fidei. Id responsum quum approbasset Iesus, adiecit Psalmi testimonium ab ipsis, qui legis sciētiā profitebanť, exquirēs interpretationē. An ne hāc quidē scripturā, inquit, legistis:

Lapis

Lapis quē reprobauerūt hi qui ædificabāt,hic fact⁹ est caput anguli?A dño factum est hoc,& est admirabile in oculis nostris.Hic expergiscūtur,& intelligūt nō latere Iesum scelerata ipsoꝝ consilia,ac inuolucro parabolæ,malicia ipsoꝝ īsanabilē esse depictā. Cōmiserat illis deus populū suū,veluti vineā vnice colendā, oībus reb⁹,quę ad pietatis disciplinā attinēt,diligenter instructā. Ipse pindequasi peregre agat, passus est illos q̄ vellēt agere.Sed illi sibi coluere vineā,nō dño, ad quē oportebat redire fructū.Cessantes per uarios,pphetas admonuit officii sui,sed illi semper in deteri⁹ proficiebāt:tandē & filium dei vnicū Iesum eiecturi ē Hierusalē & occisuri,sibi pollicētes extīcto illo vineæ perpetuā proprietatē,ac dominiū ad se trāsiturū. Sed cōtra euenturū erat,vt iustissima dei toties spreti vindicta,tēplū ac religionis dignitas ab eis tolleret̄ & tra deret̄ apostolis:deinde Iesus,quē illi veluti reprobū lapidē reiiciebant à structura Synagogę,deo volente præter illoꝝ expectationē electus est,vt esset caput an guli in structura ecclesię,ex Iudæis pariter ac gētib⁹ ędificādæ,vt medi⁹ & īmobilis vtrūq; populū velut vtrūq; parietē,cōtineret in vna fide Euāgelica,Intelligunt parabolā,agnoscūt prophetiā,nec tamē resipiscūt excęcati malicia, sed ob metū populi circūstātis relicto Iesu,abierūt:cuniculis ac technis peracturi,qđ palàm nō poterāt.Sceleratissimū aūt homicidii gen⁹ est

est,qđ sanctitatis ac iustitiæ fuco ptexitur.Ipsi veluti iam quieti subornant aliquot insigniter ipsos ex pharisæis & Herodianis,qui inter se dissentiebant in dogmatis,sed cõsentiebant in odiũ Iesu.O stultã huius mundi sapientiã.Toties victi,subinde repetũt,vt liqret ipsos oibus modis esse victos,& impares abire diuino cõsilio.Iam enim tẽpus erat,vt satanas,qui pridẽ adortus dñm discesserat inferior,per suos satellites oẽs machinas expediret.Adeunt itaq; Iesum histriones subornati,qui captiosa quęstione ꝓposita, venarẽtur aliquid ex dictis Iesu,quo possent illum apud Cęsaris pfectum reũ peragere.Exordiũtur à blãdissimo procemio,quasi falli posset blandimẽto,qui toties declararat sese nihil nescire.Magister,inquiũt,nouim9 te veridicũ esse,neq; te vereri quẽquã,sed citra respectũ personaꝝ libere,qđ veꝝ est,ꝓnũciare.Nec eñi te mouet dignitas aut sublimitas cuiusquã,quẽadmodũ faciũt multi,qui potentibus assentantur,sed cõtemptis hominibus libere doces,qđ deus præcepit. Dic igitẽ & nobis,licet ne censum pẽdere Cæsari,an non licet? Pharisæi defendebãt populũ deo dicatum,nõ oportere tributarium esse ꝓphanis Cæsaribus,& simulacrorum cultoribus.Contra Herodiani ius Cęsaris tuebãtur.Et huc tendebat insidiosa pręfatiũcula:vt ꝑ pharisæis pronunciãs,ab Herodianis deferretur,velut autor rebellionis aduersus Cæsarem.Iesus autẽ nequaq̃ ignorans

ignorans illorũ versutias, indignans quod nõ discen di, sed tentãdi causa venissent, ait: Quid me tentatis? Proferte mihi denariũ, vt videã. Prolat⁹ est ilico dena rius. Libẽter enĩ subseruiũt captioni, qui captatũ ve nerant. Tũ iesus inspecto denario, dixit: Cuius est hæc imago, & inscriptio? Respõdent illi: Cæsaris. Quid est hoc? Iesus, quẽ nihil fugit, nõ nouerat imaginẽ aut ti tulũ Cæsaris, pharisęi & herodiani nouerũt? Nouerat & anteq̃ inspiceret: sed quærebat̃ occasio cõmode re spõdendi captiosę quæstioni. Parabat̃ exẽplum, q̃ nõ oporteat callere principum negocia, qui se christi vi carios pfitẽtes, docere debẽt cœlestia. Nũc audi respõ sum Christo dignũ. Reddite, inquit, quę sunt cæsaris, Cæsari: & q̃ sunt dei, deo. Nõ improbauit si qui deo dicati sunt, pẽdant Cæsari quãlibet impio, qđ ob pu blicam functionẽ debetur: aut qđ per vim exigit, quã do iactura pecuniæ nõ facit nos impios: sed per occa sionem admonet qđ magis ad rem attinebat, vt deo redderẽtur, quæ illi debẽtur. Vile nomisma titulum & imaginẽ habebat Cæsaris. Si hunc agnoscis, & pẽdis Cæsari qđ debetur, quanto magis reddẽdum est deo, cuius imaginẽ gerit omnis homo? In baptismo dei character impressus est animo tuo, qur cũ tradis dia bolo, Christiani titulo gloriaris? Qur nõ reddis illi qđ debes ex professione? Hui⁹ respõsi prudentiã om nes sunt admirati. Impositum est silentiũ duab⁹ iudę

orũ

Et venerunt ad eum Sadducæi.

orum sectis vnico dicto. His successit factio Sadducæorū, quæ negat esse resurrectionē corporū, sed totum hominē affirmat morte perire: nec vllum spiritū esse credit, in hoc dissentiēs à pharisęis. Habent & illi crassi captiosam quæstionē, qua tentent diuinā sapiētiam. ~~Iesus tum quidē gerebat personā hominis~~: sed qđ in illo erat infimū, sublimius erat eo, qđ in hominib9 est summū. Sic aūt adoriuntur: Magister, Moses in libro Deuteronomii reliquit nobis hāc legē, vt si quis vxore ducta decesserit absq3 liberis, frater defuncti ætate ꝓximus ducat viduā, & ex ea gignat prolē, quæ defuncti nomē ferat. Qđ si is quoq3 decesserit orb9, frater, qui natu ꝓximus est, succedat in fratris vices. Euenit autē vt è septē fratribus, qui natu maximus erat, duceret vxorem. Is decessit absq3 liberis. Huic qui natu proxim9 erat, iuxta legis præscriptum successit & vxorē relictam duxit domū. Et hoc absq3 liberis defuncto, successit tertius frater: & post hūc item cæteri vsq3 ad septimū. Oēs ali9 post aliū duxerāt eam vxorem, omēs sine liberis defuncti sunt. Tandē & mulier ipsa defuncta est. Itaq3 quū venerit tēpus resurrectionis, ac fratres septē reuixerint, vnà cū muliere, quis eā sibi vindicabit vxorē? Nā septem ex ęquo nupta fuit quū viueret. Ex huius casus absurditate Sadducæi putabant se ridiculā, & absurdā facturos resurrectionem mortuorū, si ob vxorē omnib9 cōmunē, lis inter fra

tres

tres oriretur. Iesus autem nõ grauatus est eorũ crassitudinem docere, dicẽs: An nõ ista pcontatio declarat vos tota errare via, propterea qđ non intelligitis scripturas, neq; virtutem dei? Scriptura spiritualis est: & deus qui cõdidit hominẽ quũ nihil esset, potest eũdẽ quũ volet ex mortuo viuũ reddere. Non solũ autẽ reuocabit ad vitam mortuos, verũetiã donabit eos immortalitate. Porrò coniugiũ ad hoc repertũ est inter mortales, vt qđ per se perpetuũ non est, aliud ex alio propagando ppagetur. Cæterũ vbi nullæ sunt vices nascentiũ ac morientiũ, quid opus est matrimonio? Cum eñi resurrexerint à mortuis, neq; quisquàm ducet vxorẽ, neq; quisquàm locabit filiam nuptũ, sed queadmodũ angeli dei in cœlis, quoniã inter eos nulla est mortalitas, nesciũt vsum matrimonii, sic erũt q reuiuiscent in resurrectione, iam corpore spirituali ac immortali, similes angelis effecti. Porrò mortuos resurgere, quo modo vobis absurdũ videt? Nónne legistis in sacris libris, quorũ vobis est sacrosancta autoritas, qb9 verbis vsus sit de9 è rubo loquẽs ad Mosen? Ego sum deus Abrahã, deus Isaac, & deus Iacob. Illi iam mortui erãt, & tamẽ se vocat illorũ deũ. Viuũt igitur etiã mortui, ppter superstites animas. Quæ si supersunt, qd magni est eas in pristini corporis domiciliũ reuocare? Qđ si prorsus interierũt, absurde dicitur de9 mortuorũ. Queadmodũ nemo se gloriat esse

regẽ

regem eorũ, qui nõ sunt: ita deus viuentiũ deus est, nõ mortuorũ. Vos igitur Sadducæi vehemẽter erratis, nihil aliud imaginãtes futurũ in illa vita, q̃ in hac cernitis. Verius ac fœlici⁹ sunt ea, quæ nõ cernũtur, q̃ quæ vidẽtur oculis corporeis. Nihil em̃ deo veri⁹ est, & tamẽ hic non cernitur, sed sentitur. Nondũ tentandi finis. Sadducæis succedunt pharisæi & scribæ. His animos addiderat Sadducæis exprobrata legis inscitia. Nam scribæ & pharisæi legis cognitione præ cæteris se iactant, & à Sadducæis dissentiẽtes, credũt esse angelos & spiritus, credunt animas hominũ à morte corporũ superstites esse: denicq; credũt fore resurrectionem. Hi gaudẽtes refutatos Sadducæos, & Iesum ex ipsorũ sentẽtia respondisse, velut eruditi per scribam quendã ad id subornatũ, proponũt eximiã quæstionem ex intimis legis arcanis. Interrogãt eum qđ esset præcipuũ ac maximũ in lege præceptum. Iesus autẽ incontãter illis respõdit ex libro Deuteronomii: Audi israel, dñs deus tuus, deus vnus est. Et diliges dñm deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua: hoc est præcipuum ac maximũ præceptũ. Huic proximũ illud est: Diliges proximũ tuũ nõ sec⁹ ac teipsum. His duob⁹ mãdatis nõ est aliud maius, quoniã toti⁹ legis summã cõplectũtur. Hoc audito scriba dixit: Recte verecq; respondisti, qđ vnus sit de⁹, nec sit alius præter eum: &

qđ

quod hūc diligere ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex totis viribꝰ, maius est holocautomatis, reliquisq́ꝫ sacrificiis. Iesus aūt vidēs qd̄ cordate respōdisset, dixit illi: Haud pcul abes à regno dei. Siquidē pietas Euāgelica sita est nō in victimis pecudū, sed in puritate spiritꝰ. Ab hoc intellectu nō multū abest, qui qd̄ est spirituale ac simplex, præfert omībꝰ aliis præceptis, ~~quæ figurā habēt externæ pietatis potiꝰ, q̄ ueræ~~. Cōtrà, iudæorū vulgus summā pietatē collocabat in his, quæ vident̄ oculis, in lotionibꝰ, in obseruatione sabbati, in delectu ciborū, in donariis, in sacrificiis, in diebꝰ festis, in ieiuniis, in prolixis precibus. Quisquis ex toto corde diligit deū ꝑpter ipsum, quí nunq̄ potest satis diligi: quíq́ꝫ proximū diligit ꝑpter deū, abūde sacrificauit. Quū vbiq́ꝫ vicisset sapientia Iesu, destiterūt à tentādo, ne plus etiā dedecoris referrent, teste populo. Habebāt Iesum pro idiota, ipsi magnificis titulis, tragicoq́ꝫ cultu tantū non pro diis se gerebant apud imperitam multitudinē. Verū Euāgelica sapiētia nō est sita in multitudine literarum, sed in synceritate spiritus. Qd̄ iesus erat inter scribas & pharisæos, sacerdotes, ac primores populi, post fuerunt apostoli rudes inter philosophos ac principes. Quāq̄ igitur illi cessabant à tentādo, Iesus tamē nō cessabat à docendo. Quū eñ omnibꝰ collectis quæstionē proposuisset, cuius filiꝰ esset Messias, quē expectabāt,

Et nemo iā audebat eū interrogare.

R &

& ex prophetiis respōdissent: Dauid, mouit scrupulum omnib9 insolubilē. Qui cōsistit, inquiēs, vt Messias sit filius Dauid, quandoquidē ipse Dauid afflatus spiritu sancto, sic loquitur in psalmo: Dixit dn̄s dn̄o meo, sede à dextris meis. Donec ponā inimicos tuos, scabellum pedū tuorū? Quū maior sit autoritas progenitorum, q̄ nepotū, quomodo Dauid ex se nasciturū appellat dn̄m suū, veluti si pater filiū vocet dn̄m? Hoc mysterium nōdum intelligebāt scribæ & pharisæi, qui spiritum habebāt carnis. Dauid autē afflatus spiritu cœlesti, videbat in Christo nōdū nato, quiddā mai9 homine, quū ipse nihil aliud esset, q̄ homo. Obticescētibus scribis & pharisæis, pleraq; multitudo fauebat Iesu, eumq́ libēter audiebat disserentē. Quam quū videret sanabilē, sacerdotes autē scribas & pharisæos, destinata malicia tendere quò cœperant, cœpit eos palàm apud populū traducere: nō vt illis obtrectaret, sed ne posthac populū fallerent, detraxit illis falsæ pietatis ac sanctimoniæ personā. Iam enī tēpus ita postulabat, itaq; depromens suā illam doctrinā, hoc est, liberam nulliq́; palpantē, aiebat: Cauete ne vos fallat magnifica species scribarum & pharisæorū: nō student vestræ saluti, sed suæ gloriæ. Cupiunt enī, vt magni videantur, ambulare in vestibus ad talos vsq; demissis, venanturq́; salutationes in foro, captantq́; primorum sedilium honorē in cōsessibus, & in cōuiuiis

primū

primum locum in accubitu. Habẽt prolixas preces, quo videãtur eẽ cæteris religiosiores. His fucis captãt viduas beatas, sed simplices, non vno nomine fraudi idoneas: vel quia sexus est infirmior, vel quia viduæ sunt, maritorum patrocinio destitutę, vel quia diuites sunt. His sese ingerunt veluti patronos ac tutores, fictaq; religione totas illarum domos deuorãt. Adeo nihil illis proderit ista simulata religionis species, vt grauius etiã sint à deo cõdẽnandi, qđ maliciã suam obnubilarint fuco sanctimoniæ. Ab his itaq; cauete, ne fallamini. His peractis Iesus cõferebat sese in eam tẽpli partem, in qua erat gazophylaciũ, in quo seruabãtur donaria sacra: sedẽsq; è regione gazophylacii, spectabat eos qui donaria conÿciebãt in gazophylaciũ. Ac multi diuites conÿciebãt ingẽtia munera. Hos sacerdotes veluti cæteris sanctiores haberi volebant, pietatẽ illorũ ex doni modo metiẽtes. Interea accessit & mulier qdã vidua paupcula. Ea misit duos minutulos nũmos, qui cõficiunt vnũ quadrãtẽ. Nullus erat, qui nõ diuites illos huic muliérculæ tenui præferret. Sed lõge discrepat Iesu iudiciũ à iudicio scribarũ & pharisæorũ, id noluit latere discipulos suos. Pro cõperto, inquit, dico vobis, qđ hæc vidua quãlibet tenuis, plꝰ dedit in gazophylaciũ, q̃ cæteri oẽs qui videntꝰ liberalissime dedisse. Nam cæteri dederunt ex eo qđ ipsis abũdabat. Multum dederunt, sed plus sibi seruarunt.

Hæc autē ex inopia sua facultates suas vniuersas largita est, nihil sibi reseruans. Nō enī deus æstimat donarium ex modo rei, sed ex affectu mētis. Tali vidua delectatur Iesus, huiꝰ spōsus & cōsolator esse dignatꝰ. Synagoga veluti fastuosa matrona iactat opulentiā iustitiæ suæ, ostentat diuitē mūdū bonorū operū. Gloriatur de marito Mose, cui nunq̃ fuit morigera: venditat se de ꝑphetis filiis, quos oēs impio parricidio vel occidit, vel certe afflixit. Sēper habet i ore tēplū dñi, legē dei, patriarchas, Abrahā, Isaac, Iacob, Israel. Stipata incedit sacerdotibus, scribis, & pharisæis. At ecclesia velut paupercula vidua nihil habet qđ ostentet, agnoscit inopiam bonorū operū, & tamē hoc ipsum qđ habet, totum deo dedicat. Iam quid tali vidua potest esse pauperius, quæ sibi nihil facit reliquū? Mosen nō agnoscit maritū, quia circūcisionē nescit, quia victimas pecudū abominatur, cōtenta seipsam totam immolasse. Sponsus autē dñs quoniā relictis terris rediit in cœlū, videtur destituisse viduā suam, quæ nūc à Iudęis ac gētibus velut omī præsidio destituta, spoliatur, eiicitur in exiliū, protruditur in carcerem, affligitur & opprimitur. Audit quotidie, vbi est sponsus tuꝰ? Videtur peritura fame, quę tam pusillum habuerit: & hoc ipsum qđ habebat, abiecerit: videtur propediē intermoritura cum probro sterilitatis, quæ maritum perdiderit. Sed hanc iuxta mundū deploratam

viduā

viduam consolatur Esaias. Lætare, inquit, sterilis, quæ non paris: erūpe & clama quæ non parturis, quia plures filii desertæ, quā eius quę virum habet. An nō vid') demus hoc vaticiniū impleri? Esurit & emorit̄ synagoga, ꝓpagat̄ ac dilatatur ecclesia, triumphans in martyribus, florens in virginib⁹, exultans in tot milibus confessorum. Non habet quadrantē ex suis opib⁹, sed ex sponsi sui diuitiis habet aurum probatum, ac purū habet gēmas inæstimabiles. Per syncerā em̄ fiduciam erga diuitē sponsum, habet qcquid habet ille. Synagoga, tametsi videret̄ multū elargiri deo, tn̄ sibi plus satis reseruabat. Vis videre synagogā largiētē? Audi pharisæum precantē: Gratias ago tibi dn̄e qđ nō sum talis, quales homines cæteri. Nūc vide quantū sibi seruet: Ieiuno bis in sabbato, decimas omniū bonorū meoꝝ do pauperib⁹. Iā cōtrà cōtēplare mihi viduæ speciē. Tundit pectus suum, nō audet oculos in cœlū tollere, tm̄ clamat: Deus ꝓpicius esto mihi peccatrici. Synagoga dū suā iactat iustitiā, nec suā habet iustitiam nec dei. Ecclesia dum abdicat ab sese oēm iustitiæ gloriā, & iniustitiā suam agnoscit, spōsi iustitia ditescit.

CAPVT XIII.

NIhil illic placuit Iesu in tēplo, præter pauperculam viduā, in quo nihil aliud erat quàm adūbrata religio. Nos quoq;, qui Iesu discipulos profitemur, exeamus è templo Iudaico, abiiciamus fiduciā

operũ carnaliũ, ac iustitiam quæ per fidẽ Euãgelicam
est, amplectamur. Itaq; discedit illinc, aliud tẽplum no
bis excitaturus, vere sanctũ ac spirituale, structurã so/
lidam ac firmã, aduersus quam nec inferoꝝ portæ fo
rent pualituræ. Quum aũt egressus esset, quidã ẽ di/
scipulis ait illi: Pręceptor, vide quàm ingẽtes sint la/
pides huius tẽpli, quàm'q; firma structura: subsignifi/
cans opus esse firmi9, quã vt vlla vetustate posset col
labi. O Iudaicos oculos. Foris lapides admirantᷣ, ho
minũ manu cõgestos, quasi tali structura delectetᷣ Ie/
sus. Iesus aũt illi respõdit: Vides hanc magnã & ope/
rosam substructionẽ? Veniet tẽpus, quo nec lapis lapi
di hęrens reliquus fiet, qui non destruatᷣ: tñ abest vt
hęc structura sit futura pennis. ~~Iam desiderio tẽpli spi
ritualis, nihil cõ [illegible] & cõtemnit Iesus, qđ oculis
corporalib9 cernit.~~ Porrò quum sederet in ea parte
montis oliuaꝝ, in quo tum elegerat nocturnũ diuer/
sorũ, vnde tẽplũ erat in pspectu, renouata est discipu
lis memoria sermonis, quo pdixerat fore, vt tẽplum
fundit9 dirueretᷣ. Suspicabantᷣ enim diruto tẽplo, iam
venturũ regnũ dei, de quo nõ desinũt somniare. Ade
unt igitur Iesum ita sedentẽ secreto quatuor ẽ disci/
pulis Petrus, Iacob9, Ioãnes, & Andreas, hoc agẽtes,
vt queadmodũ trãsfiguratiõis arcanũ paucis seorsum
crediderat, ita de tẽpore venturi regni paucis cõmuni
caret, qđ aliis omnibus crediturus non esset. Dicunt
itaq;

itaq;:Dic nobis qñ fient ista,& quo signo poterimus deprehēdere iam adesse tēpus illud:Dñs autem,q suis exemerat solicitudinē victus,libidinē vindictę, ꝓuidētiam vitæ:voluit & curiositatē cognoscēdi,quæ ad salutē nō pertinēt,eximere. Itaq; sermonē temperat, vt significet excidiū vrbis Hierosolymorꝝ aliqñ futurū, ac post abitum ipsius graues persequutionū ꝓcellas cooríturas aduersus Euāgelii ꝑcones,ac vēturū aliqñ finē huius mūdi.Sed queadmodū oībus expedit hoc scire,qđ aliqñ finient hanc vitā,vt semper in eū diem sese præparent:ita volebat esse persuasum discipulis, venturum tēpus,quo rediret iudex viuorꝝ & mortuorū,cæterum quando id venturū esset,qm̄ non expediebat,sciri nolebat.His itaq; de rebus sic exorsus est Iesus:Cauete ne quis vos seducat.Sunt enim multi vēturi,qui sibi nomen meū vindicabunt,quorum vnusquisq; mentietur se esse Christum,atq; hoc præstigio multis incautis imponēt.Magni orbis tumultus arguent instare meū aduentum,ac finē huius mūdi. Cæterū nō oportet vos statim ad excitata bella,aut ad sæuos rumores excitādorꝝ statim ita cōturbari, quasi iā adsit tempus illud.Sunt enim & hæc ventura, sed nō cōtinuo sequeř finis mūdi. Hæc præludia duntaxat erunt mūdi finiēdi,quēadmodū in senili corpore,crebri morbi,prędicunt breui collapsurū. Temperatura qualitatū seruatrix est bonę valetudis.Cæterꝝ vbi his

inter sese pugnantibus cōcutitur corpus, argumentū est imminere mundi interitū. Coorief eñi gens aduersus gentem, regnum aduersus regnū, & copiis ingētibus in mutuum ruent exitiū, Quin & terra ipsa, velut indignata tam impios homines sustinere & alere, motib⁹ cōcutief. Itaq; passim erit fames, terra negāte alimoniam. Quin & aer, velut indignās impiis vita & halitu indignis, pestilens erit ac lœtalis. Huiusmodi multa quū videritis exoriri, ne ꝓtinus expectetis finē. Erunt eñi hęc tm̄ exordiū ac ꝓœmiū vēturæ calamitatis. Ne vos quidē eritis īmunes ab his malis: quare cauete vobis, ne quid inopinantes obruat. Pertrahēt eñi vos reos in cōcilia & synagogas, & corā regibus ac pręsidib⁹ sistemini, causam dicturi de capite, nō ob aliqđ maleficiū, sed duntaxat ob nominis mei ꝓfessionē, vt patefiat illos merito reiectos à regno dei, q

In testimoniū illis. præcones regni sic afflixerint. Verꝫ hęc nihil perturbēt aīos vestros. Nihil efficiet aduersus Euāgelii profectum, impiorꝫ sæuitia. Neq; quisquā vos extinguere poterit añ diē. Non enim veniet finis mundi, pri⁹ q̄ Euangeliū ꝑdicatum fuerit per vniuersas orbis nationes. Nihil igif opus, vt vlla mundi huius pręsidia paretis aduersus persequutorum violentiam: aut soliciti sitis, quomodo possitis ex illorꝫ iudiciis elabi. Vocati in ius, ite, ne videamini publicā autoritatem asperna ri; nam & hoc profuerit ad Euangelii propagationē: cæterum

cæterum ituri,ne sitis soliciti,meditãtes quid aut quo modo loquamini,rudes legũ,& foresium actionum imperiti,quemadmodũ solet hominũ vulg⁹,qui rhe tores aduocatos,ac patronos adhibẽt in causis agen dis:sed quicquid tum vobis suggesserit animus, id loquamini.Nec enim vos eritis autores sermonis,sed organa tm̃:spiritus autẽ sanctus loquetur per vos. q̃ conducent Euangelico negocio. Cæterũ huiusmodi persequutiones, non solum expectãdæ sunt ab alienis & hostibus,verũ etiam ab amicis & cognatis. Frater enim fratrẽ pertrahet in ius,& capitis accerset,contẽpto naturali affectu:& pater filiũ præter naturę pietatem.Quin & filii vicissim erigẽt sese aduersus parentes,& ad mortẽ adigẽt.Et quum nemini noceatis, sed offeratis salutis nũciũ oĩbus,tñ eritis oĩb⁹ inuisi qui mũdũ hunc diligũt, ob mei noĩs qđ p̄dicabitis inuidiam.Cæterum in his malis opus erit p̄seueranti aĩo. Quisquis enim p̄stiterit in bene cœptis vsq; ad finẽ, hic saluus erit.Nulla em̃ calamitas perdere valet cõstãti pectore fidentem Euãgelio.Quod si signũ q̃ritis imminentis extremæ calamitatis,vbi videritis abominationẽ desolatricem:stantẽ in loco quo non decet, qui legit Danielis prophetiam, intelligat.Iam enim tẽp⁹ aderit,vt omissis omnibus sibi quisq; fuga cõsulat:ac salutem non ex præsidiis,sed ex fugæ celeritate petat. Tunc qui in Iudæa sunt florẽtissima parte, celeberrimaq;

Tradet aũt fra ter fratrem.

maꝗ regionis, fugiāt in deserta montiū. Qđ si quem hæc calamitas deprehēderit in lecto, ne descēdat ī domum, nec ingrediat̃ in cōclaue, aut cubiculū, vt aliquid inde secū auferat, sed tm̄ vt repertus est fugiat. Et si quis id tēporis fuerit nudus in agro laborās, ne recurrat domum sublaturus pallium suum, sed rectà profugiat aliquò. Tanta futura est celeritas inundātis calamitatis. Proinde væ tum grauidis & lactātibꝰ, qm̄ illas natura nō sinit onus abiicere, has ꝓhibet pietas. Et vnica salutis via erit, fugisse sine mora. Proinde illud orate deū, ne calamitas hęc incidat hyeme vł sabbato. Neqꝫ enim celeriter modo, verumetiā procul an fugiēdum erit. At hyems ob diei breuitatē ad longiꝰ fugiendum inutilis est. Et sabbato longius iter facere religio vetat. Quæ hactenus disseruit dn̄s, sic dicta sunt, vt partim ad excidiū vrbis Hierosolymoꝝ, partim ad tēpora ꝑsequutionū, quę lapidato Stephano potissimum incruduerūt: partim ad extremū mundi finē pertinere videant̃. Neqꝫ tm̄ nō subest tropologia quæ docet nos ab oībus humanis impedimētis expeditos, semp oportere expectare diē illū, qui nos deo sistet iudicandos. In eum nō potest paratus eē, qui vel ob tēporalium reꝝ amorē, vel ob affectus carnis, hoc est, amorem parentū, vxoris aut liberoꝝ reuocat̃ in periculū salutis æternæ. Vase onustus est, qui diuitiis impeditus, cessat agere quę sunt salutis æternæ. Pallio grauatur

grauat, qui ob curã corporis negligit vitã animæ. In fantis onere tardior est, qui ꝑpter affectus naturæ nõ recedit ab his, quæ scit esse modis oĩbus fugiẽda: nec ꝑperat ad ea, quæ nouit oĩbus remoris abruptis expetẽda. Hyems fugientes occupat, qui ꝑpter exiguitatem lucis, quã ꝑbet fides, & charitatẽ quę refrixit in ipsis, nõ pertendũt gnauiter quò cœperãt. Porrò sabbati superstitiosa obseruatio illos ptrahit in piculum, qui dũ præpostero iudicio illic trepidant timore, vbi non erat timor: nõ metuũt illa, quę cũ primis oportebat formidare: velut vbi qs ne violet hominis cõstitutionẽ, dei ꝑceptũ negligit. Nã Iudæoꝝ sabbatũ ob salutẽ hominis, recte cõtemni palàm docuit ipse dñs. Porrò q̃ subiecit, magis videnẽ pertinere ad supremũ mundi diẽ, quẽ præueniet ingens omniũ reꝝ tumultus, ob aduẽtum antichristi. Erũt, inquit, illi dies tã vndiq; calamitosi, vt similis afflictio nõ fuerit à reb9 cõditis vsq; ad hunc diem, nec post futura sit. Quod si hæc afflictio, quẽadmodũ erit sæua, sic etiã eẽt diuturna, nõ euaderet saluus quisquã mortalium. Sed dei clementia voluit eã tempestatẽ esse breuem, propter eos quos delegit ad vitã ęternã. Ex his em̃ neminẽ perire patietur, quæcũq; insurrexerit maloꝝ ꝓcella. Quare nõ est qđ sibi quisquã timeat, modo perseueret in fide Euãgelica, velut ad sacrã ancorã. Nulla vis ꝓsternet mihi cõstãter fidẽtes. Tm̃ cauete ne ꝑ me aliũ Christũ amplecta-

amplectamini. Plus erit periculi ab impostorib⁹, quã à persequutoribus. Exorietur eñi in illis dieb⁹ pseudochristi, qui sibi meũ nomẽ, meamq́; personã falso vindicabunt. Exorientur & pseudoprophetæ, qui ficata sanctimoniæ specie, se mentietur esse prophetas: magicisq́; prodigiis ac dæmonũ arte adumbratis miraculis imitabunt̃ pphetas ac me, sic vt eiusmodi præstigiis falli possint, si qua vis valeret aduersus deũ, etiã electi. Itaq; si quis vobis dixerit: ecce hic est Christ⁹, ne credideritis: aut si qs aliò reuocãs, dixerit: ecce hic est, quemcũq; locum vobis demõstrauerit, quamcũq; speciem, aut cultũ, nolite credere. Christus eñi vbi semel terras reliquerit, non poterit ostẽdi digitis, sed in animis latebit, & ex his ĩdiciis agnoscet̃, si cui⁹ vita referat Christi doctrinã. Ceterũ ĩ fine mũdi, Christ⁹ nõ veniet queadmodũ nũc venit, sed subito pter omniũ expectationẽ ostẽdet sese fulguris in morẽ è sublimi terribilis impiis, qui cõiicient̃ in ignẽ æternũ: amabilis piis, qui vocabunt̃ ad cœlestis regni cõsortiũ. Vos igit̃ si incideritis in hæc tẽpora, cauete ne p me Christum aliquẽ emẽtitum amplectamini. Ecce pdixi vobis omnia. Superest vt memineritis. Verũ posteaquàm extiterint illæ calamitates bellorum, persequutionum, famis, pestilentiæ, terræmotuũ: succedent & alia portẽta è cœlis profecta, velut omnibus elemẽtis in vltionẽ impiorum excandescentibus. Nã sol luminis fons ob tenebre=

tenebrescet, velut exprobrans impiis suam cæcitatē, qui solē illum æternū videre noluerint, nec luna reddet splēdorē à sole mutuū, quæ noctis tenebras solet discutere. Ad hæc videbūtur & stellæ cœlo decidētes in terrā, quæ tot sæculis illic affixę fuerāt, in vsum humani generis. Quin & cœlorū virtutes, quarū potentia miranda illa corpora seruarunt à deo præscriptos cursus, ac functiones suas ab orbe cōdito, cōcutiētur. Tātus erit terror imminētis iudicii supremi. His peractis, subito videbūt omēs qui vixerint filiū hominis nūc humilem & cōtēptum, emicantē in altissimis nubibus cum potestate multa & gloria patris, & innumeris angelorū copiis. Tūc emittet angelos suos, qui nullum electū patiētur abesse, sed omnes vndiq; colligent, seu viuos, seu mortuos, subito in vitā reuocandos, omnia mystici corporis mēbra suo capiti aggregaturi, vt qui fuerant cōsortes afflictionū ob Euangeliū, consortes sint æternæ fœlicitatis. Nec refert quò deuolarint animæ piorū, quò proiecta fuerint corpora, reperiētur ab angelis, & colligētur à quatuor mundi plagis, rursus à summo polo cœli vsq; ad imum. Suo quæq; anima corpori iūgetur, & suo capiti sociabūtur omēs pariter electi. Porrò ne vos omnino imparatos opprimat hoc tēp9, ex cōiecturis quibusdā diuinare licebit iā instare, nō aliter q̃ ex arbore ficu colligere licet venturā æstatē. Quū enī rami hu9 arboris

cœperint tenerescere, veluti parturiẽtes grossos, iam'q; frõdes eruperint, cognoscitis æstatẽ nõ procul abesse. Sed multo certius est venturũ illum diẽ, q̃ certũ est æstatẽ hyemi succedere. Illud affirmo vobis, hęc ætas nõ præterierit, quin hæc omnia sint euẽtura. Nihil est in rebus corporalib9 cœlo firmius, nihil immobili9 terra: verũ & cœlũ & terra citius mutatura sunt natu-ram suã, q̃ verba futura sint inania. Ne vero vobis cu ræ sit, vt certo sciatis diẽ illum supremũ, quãdo nec angelis datũ est hoc scire, nec ipsi filio: sed quoniã pa ter sic intelligebat expedire saluti vestræ, sibi vni ser-uauit hoc arcanũ. Certissimũ habete, venturũ: ne quę rite quãdo, ne obrepat securitas. Sẽper cauete, semper vigilate, semp orate, nesciẽtes quando futurum est, vt dies ille terribilis ingruat. Cauebitis, si nullis hui9 mũ di præsidiis, si nulli humanæ creaturæ fidetis, sed toti ex me meis'q; præceptis pẽdebitis. Vigilabitis, si per abstinentiã luxus, & omniũ corporis voluptatũ, toto pectore studebitis sanctimoniæ spiritus. Orabitis, si flagrãtibus animis inhiabitis ad ea, quæ ꝓmissa sunt, in Euãgelica ꝓfessione pseuerãtibus. Habet satanas ar tes suas, quib9 imponat etiam oculatis. Aduersus has adhibẽda est serpẽtis prudẽtia. Habet mũdus & caro suas illecebras, quibus sic delinit animos incogitãtiũ, vt illis veluti somnus obrepat securitas & obliuio re rum æternarũ. Ex quib9 nascitur regni cœlestis vel cõ tẽpt9

temptus vel desperatio. Nō destituet suos electos de⁹, sed amat vigiles & attentos: sic tamē vt quū omnia pręstiterint, quæ possunt humano studio præstari, orent tamē: intelligētes & initium & pgressum, & summā æternæ fœlicitatis esse diuini muneris. Sic aduigilate, quasi vos deus ad tēpus destituerit: sic orate, quasi sine illo frustra sit futurū quicquid conemini. Hāc doctrinā quo dñs Iesus altius infigeret animis discipulorum, adiecit & similitudinē ad rem appositā. Vbi reliquero vos, perinde gerite vos, vt facerēt serui fideles ac prudētes, quib⁹ dñs peregre pfecturus cōmisit autoritatē administrandæ rei familiaris, & suū cuiq; distribuit opus ac functionē. Porrò aduersus nocturnū furem, ianitori mādauit vt vigilaret. Hi quoniā incerti sunt, quādo sit rediturus dominus, dant operam vt semper in officio sint, vt quocunq; tēpore contingat redire dñm, offendat ipsos vigilātes. Certi⁹ aūt est vobis me reditutū esse, q̄ illis rediturū dñm. Potest enī aliquid incidere, vt peregre moriatur. Sed certo certi⁹ est me rediturū, tametsi vobis incerto die. Proinde facite vos, qđ serui faciūt frugi. Vigilate semp expectātes reditū meū. Nescitis enī quādo dñs vētur⁹ sit, sero an nocte intēpesta, an gallicinio, an diluculo: ne si veneri repēte, sicuti veniet, offendat vos dormitātes & in officio cessantes. Qđ autē vobis dico, p vos oīb⁹ dico, quicūq; nasci turi sunt vsq; ad finē mūdi, vigilate.

Nulli

Nulli nō vigilādū, qui velit esse salu9. Cuiq; suū opus præstandū, qđ cōmissum est à dño, sed præcipue iani tori vigilandū, qui toti vigilat familiæ. Etiā si quādo dormitet ppl'us, nō vacat dormire pastorē. Porrò to ta hæc vita, quæ nō habet certū discrimē bonorū ac malorū, & in qua plurimū est ignorātiæ, lucis ꝙ mi nimū, nox est si cōferaṫ ad vitā futurā. Quanq; autē in fine mūdi dñs semel veniet omībus, tamē singulo cuiq; venit, quū adest mortis tēpus. In hūc igiṫ, quo niam æque incertus est, priuatim cuiq; vigilandū est. Quibusdā eñi venit sero, velut in adolescētia: quibus dā intēpesta nocte, velut in florētissima ætate: quibus dam in gallicinio, puta in senectute. Nec viribus nec ætati fidēdū. Oīb9 ex æquo incert9 est mortis dies.

CAP. XIIII.

IAM vero propi9 aderat ille sacratissimus paschæ dies, hoc est, phase, quod hebræis transitū sonat, quo nos sacro sanctus cruor agni immaculati liberaturus erat ab vltione gladii extinctoris, ac eductos ex Aegypto per mare rubrum, perq; desertū huius mū di, perducturus in cœlestem Hierosolymā, in terrā la cte ac melle manantem. Nam iudæorum phase, quod illi summa religione quotānis celebrabāt, nihil aliud erat, ꝙ hui9 victimæ vmbra. Quemadmodū & illud, qđ his diebus Iudęi tēperabant à panib9 fermētatis, nos ad Euangelicæ puritatis synceritatē adhortantes.

Is

Is dies post biduū erat futurus, quem illi parasceuen appellant. At primores sacerdotū, & scribæ, q̄ regilio se sese parabant ad celebrādū phase corporale, tam ir religiose festinabāt imprudētes immolare verū illum agnum, quē solēnis illa victima tot sæculis designarat. Iam enī certum cōsilium cōceperāt occidēdi Iesum, sed quoniā id palàm nō audebāt ob populi metū, vi sum est vt per dolū illi manꝰ inicerent, & occiderēt. Huic cōsilio maxime cōueniebat ille dies, quo res no ui testamēti, veteris testamēti figuræ respōderet. Non delegerāt illi diē hunc, sed æterno patris cōsilio fuerat huic victimæ destinatus. Siquidē illi conferētes inter sese cōsilia de occidēdo Iesu, dicebāt: Nō in die festo, ne tumultus exoriatur in populo. Iudaica nimirū reli gio est, homines vereri, quū deū non vereātur. Iesus autē sciens adesse tēpus, quo patri visum erat peragi sacrificiū illud æternū, nō recedit ab Hierosolyma, ne loco deesset præfinito. Quū igit̄ Bethaniæ cum ami culis suis cōuiuium ageret in ædibꝰ Simonis, cui co gnomen erat leproso, vnus ē conuiuis erat Lazarus. Agnoscis in eadē domo cōcors & amicum sodalitiū ecclesiæ, quā Christus immundā suo purgauit sangui ne, quā mortuā ob peccata, sua morte viuificauit. Cū talibus Iesus amat accumbere, potius q̄ cum sacerdo tibus ac pharisæis, qui sibi puri ac viui videbātur, quū id essent animo, qđ Simon ille fuerat, qđ fuerat Laza

S rus.

rus. Inter conuiuiū autē ingressa est mulier quędā, habens alabastrū plenum vnguenti exquisiti preciosiq́; ex Nardo pistica, fractoq́; alabastro effudit in caput accumbētis dn̄i. Tali vnguēto iuxta spiritū amat per fundi iesus, qui mundi deliciis nunq̄ est delectatus. Huius in spōsum suū dilectū ꝓdiga est ecclesia. Quicquid habet preciosi, nō seruat sibi, sed effundit in caput iesu, cui debetur om̄is gloria. Latissime per orbē patet ecclesiæ domus, verū hui⁹ vnguenti flagrātia repleuit vniuersam domū. Hoc odore trahuntur multi, vt ambiant in eam domum admitti, vbi cum amicis suis accumbit iesus. At nō desunt, qui inuideāt & obstrepant iesu deliciis, nimirum iudæi, qui magis quærūt q̄ sunt ipsorum, q̄ quæ iesu Christi. Sic em̄ ex discipulis adhuc carnē sapientibus quidā, sed præcipue iudas iscariotes obstrepit, indignans apud sese, & obmurmurans: Quorsum attinebat huius vnguēti tam exquisiti iacturā fieri? Poterat enim vendi trecētis denariis, eoq́; ꝑcio multis pauperib⁹ subueniri. Adeóq́; cruciabat illos huius vnguēti dispēdium, vt infremerent aduersus mulierem pie prodigam. Bene perit, qđ impenditur gloriæ Christi: Imò nihil minus perit. Synagoga Christo parca est, sibi prodiga. Cōtrà ecclesia nō æstimat, qđ habet à Christo, sed hoc totum qđ habet, comminuto vasculo temere effundit in caput spōsi sui. Placebat autē vidua paupcula, quæ quadrātē

drantē coniecit in Gazophylaciū. Placet & hæc q̄ pre
ciosi vnguēti iacturā fecit. Illa agnoſcens tenuitatem
ſuā, hoc ipſum, qđ habebat, totum effudit: hæc dñi
ex benignitate iam diues, nō ſolum qđ habebat im-
pendit ieſu, ſed vaſculi quoq; iacturā fecit. Illa impen
dit victum: hæc etiā corpus & animā, ſi perire poſſet,
qđ impenditur ieſu. Vbi nunc ſunt, qui murmurant
aduerſus pfuſionē gratam autori gratiæ? Dat ipſe de
ſuo largiter, vt odor benignitatis ipſius latiꝰ ſpargāt.
Nihil poſtulat præmii, hic tantū ambitioſus eſt. Vult
agnoſci ſuam beneficentiam, non quod egeat hac lau
de, ſed per hāc placuit illi largiri nobis ſuas diuitias.
Sed aduerſus obmurmurātes diſcipulos, mulieris piā
ſedulitatem tuetur dominus, cui vni probari ſatis eſt.
Quur, inquit, negocium faceſſitis huic mulieri? Sini
te illam obſequi animo ſuo. Bonum opus operata eſt
erga me. Nam quod auaritiam, pauperum ſubleuan-
dorum titulo prætexitis, pauperi impenſum eſt, quod
mihi impēditur. Vulgares autem iſtos pauperes ſem
per habebitis vobiſcum, quibus licebit benefacere,
quoties volueritis, me vero non ſemper habebitis, vt
officiis huiuſmodi corporalibus poſſitis demereri. Se
mel hoc honoris impēſum eſt mihi, & quod factum
eſt, non factum eſt, vt exemplum trahatur ad multos
iuxta carnem reficiendos, ſed vt ab omnibus iuxta
ſpiritum exhibeatur. Hæc quid faciat, neſcit. Tamen

pia sedulitate, qđ potest, facit. Instat mors, cupiet tunc vngere corpus meum sepeliēdum. Id quoniā tum nō licebit, anteuertit: & viuo impēdit honorē, quē mortuo nō poterit. Cæterum hu9 mulieris pietas, cui vos obstrepitis, adeo nō carebit laude sua, vt quum mors mea per Euāgelium celebrata fuerit p omneis orbis regiones, simul & huius mulieris memoria celebrāda sit, quæ mortē meā anteq̄ morerer tali munere honorarit. His dictis dñs discipulorū suorū murmur cōpescuit. Cæterum Iudas Iscariotes vn9 ē numero duodecim, qui cōmunē pecuniā mala fide dispēsabat, nō tulit hu9 vnguēti iacturā, sed abiit ad summos sacerdotes, vt proderet illis Iesum. Nec em̄ fugiebat illum, illos hoc agitare, vt iesum arte caperēt. Hoc audito gauisi sunt illi. Placuit autor sceleris domesticus iesu. Cōuentum est de precio. Et inueniť mutua fides in tam impio cōsilio, q̄ rara est in pactis honestis. Credidit iudas simplici pmisso sacerdotū absq; tabulis ac testib9, absq; spōsore aut vade. Cogitat apud sese quo pacto posset iesum pdere sacerdotibus, ac scribis ex ipsorū animi sentētia, hoc est, loco ac tēpore cōmodo, ne qd orireť tumultus. Nā hæc in pacto intercesserat conditio. Interea dum iudas & sacerdotes de pdēdo Iesu cōsultāt, ille salutis humanæ negociū agit. Iā venerat primus dies azymorū, quo solitū est immolari pascha. Dicūt igiť Iesu discipuli: Quò vis eam9, & paremus tibi

tibi cœnam paschalem? Iesus aũt emittit ad apparan-dam cœnam duos ex discipulis suis, & ait illis: Ite in ciuitatẽ, & ingressis occurret vobis homo, lagenã aq̃ baiulans. Eum sequamini, & quocunq; introierit, dici te domino domus hęc verba meo nomine: Magister dicit, vbi est cœnaculũ, vbi pascha cũ discipulis meis edam? Is nihil moratus ostẽdet vobis cœnaculum in-gens stratũ, iamq́; futuro cõuiuio paratũ. Illic ĩstrui-te nobis paschalem cœnam. Hic vide simplicẽ aposto lorꝝ obedientiam, qualem exhibuerant, & ante quum emãdarent̃ ad pullum asinæ. Vide & illud, nihil oĩno latere dñm, vt palã sit illũ præsciũ ac volentẽ omnia passum, quę nostra causa passus est. Ad hæc vide auto ritatẽ. Ad dñi nomẽ statim dimittit̃ asinus, rursus ad dñi vocẽ statim ostenditur cœnaculum, vt perspicuũ sit, illi in manu fuisse facere quicquid vellet. Nutu po-terat coercere sacerdotes ac pharisæos crudelia moliẽ tes. Abiere discipuli, venerũt in ciuitatem, offenderũt hydriæ baiulum, sequuntur, ingrediuntur domum, ex ponunt mãdata domino ędiũ. Ille nihil moratus ostẽ dit cœnaculũ. Illic discipuli adornant pascha, hoc est, vltimam ac mysticam cœnam, simul & repræsentatu ram legis vetustæ figuram, & Euangelicã victimã ar-canis signis exhibiturã. Vespere autem sequutus ẽ Ie sus cum duodecim discipulis suis, quos solos, vt sele-ctos voluit sacrosancti conuiuii testes esse. Vbi vero

iam accubuissent oẽs ac cibum caperẽt, ait Iesus: Cõfirmo vobis, qđ vnus ẽ vobis, qui comedit mecũ me proditurus est. Ad hãc vocẽ mœror ingẽs corripuit vndecim apostolos. Nullus enim præter vnũ Iudam sibi male cõscius erat. Sed tamen nõ audẽt fidere imbecillitati humanæ. Ita singuli cupiẽtes dñi indicio à solicitudine liberari, dicunt domino: Nũ ego sum is? Nec Iudam sibi male conscium puduit cũ cæteris dicere: Præceptor, num ego sum is? Iesus autem, vt suis absolutũ lenitatis exẽplum proferret, maluit suos ad tempus affici mœrore, quã prodere ꝓditorem, nihil non faciens, vt ab impio consilio resipisceret. Ait itaq;: Vnus erit ẽ duodecim, q mihi sic est familiaris, vt in eũdem discum intingat mecum manũ. Et huiꝰ dignationis tale præmiũ mihi referet. Sẽtiebat Iudas se nõ latere dñi cõscientiam, & perspiciebat inauditam mansuetudinẽ. Iesus à quo mox perfidissime ꝓdendꝰ erat in mortẽ, eum nõ vult ꝓdere cæteris discipulis, fortassis in eũ amore dñi sequituris. Et ô deploratam maliciã. Qđ saxũ, quẽ adamantẽ nõ emolliret tanta mãsuetudo hominis, q nutu poterat lædere? Sed hæc magis etiã illũ animat ad maleficiũ. Tũ ita pergit dominus: Cæterũ qđ ad me pertinet, nihil præter animi sentẽtiã accidet, sed quẽadmodũ à ꝓphetis ꝑdictũ est de filio hominis, ita futurũ est. Expedit plurimis, vt tradat̃ in mortẽ filius hominis, sed tamen væ illi, per

cuius

cuius maliciam filius hominis tradẽdus est. Procurat enim rem aliis saluti futuram, sed in suam ipsius perniciem. Præstiterat illi homini natum non fuisse. Nec tãta domini mansuetudine, nec terrore denunciati supplicii correctus ẽ animus Iudæ. Tanta pestis est amor pecuniæ. Sub hæc Iesus commendauit suis sacrosanctum illud symbolum mortis suæ, perpetuiq; fœderis cum his qui in fide Euangelica perseuerarent. Accepit igitur panem, quumq; gratias egisset deo patri, fregit, ac distribuit singulis, dicens: Sumite, hoc est corpus meum. Item accepto poculo, quum gratias egisset, tradidit illis, & biberunt ex eo omnes. Tum ait illis: Hic est sanguis meus noui testamẽti, qui pro multis effundetur. Certum habete, quod dico vobis. Post hac non bibam de fructu vitis, vsq; ad eum diem, quum bibam illum nouum in regno dei. Cœna peracta, atq; hymno in laudem dei ex more dicto, eadem nocte, relictis Hierosolymis, abierunt in montẽ Oliuarum. Semper agendæ gratiæ, semper laudes deo canendæ sunt, siue contingunt prospera, siue premũt aduersa. Ibi Iesus non ignorans imbecillitatem discipulo℞ suo℞, parat illos ad tolerantiam imminẽtis tẽpestatis. Omnes, inquit, hac nocte mea causa turbabimini. Prædixit & hoc Esaias: percutiã, inqt, pastorẽ, & dispergentur oues. Verũ ne despõdeatis animũ. Quẽadmodum mors mea vos turbatos dissipabit, ita re-

surrectio mea vos refocillatos colliget in vnũ. Reuiuiscam enim, vt dixi, tertio die: ac rediuiuus præcedam vos in Galilęã. Ibi me cõspecto, mœrorem animi deponetis. Hoc audito, Petrus nondum sibi notus, fortiter quidẽ, sed temere respondit: Et si cæteri omnes offensi fuerint tua morte, certe ego nõ ꝑturbabor. Iesus autem penitus cupiens reuellere ex animis nostris nostri fiduciam, ait illi: Petre negas futurũ, qđ & ꝓphetia futurũ prędixit, & ego, cui iam oportebat credere non reclamare? Temerarie pollicitator, imò hoc insignius cęteris ꝑturbabere, quo cæteris videre fortior. Siqdem illud pro certo cõfirmo tibi, prius quã gallꝰ hac ipsa nocte bis cecinerit, ter me negaturus es. Hac oratione adeo nõ coercita est Petri confidentia, vt tãto fortius etiam ac magnificẽtius de se polliceret, dicens: Imò si me necesse fuerit etiam cõmori tibi, tñ haud vnquam te abnegabo. Hãc Petri vocẽ sequuti sunt & cęteri discipuli, vt pariter errantes, pariter emẽdarent: & agnoscerent quã ex suis viribus nihil eẽnt, quãq̃ nõ posset esse vanum qcquid ex ore Christi ꝓdisset. Cõsenserãt in ꝓfessione pridẽ, & in Petro collaudata est omniũ opinio. Hic consentiunt in temeraria fiducia sui, & in vno Petro redarguta est omnium temeritas. Solus Petrꝰ abiurauit Iesum, cęteris oĩbus dẽ facturis, si data fuisset occasio. Abiurassent eñ nisi fugissent. Petri fortitudo cæteris constantior, adduxit

ipsum

ipsum in periculum. Nihil autē horū in discipulis accidebat destinata malicia quemadmodum in Iuda, sed humanæ naturæ imbecillitate, & ideo Iudæ peruicaci malicia Iesus abusus est ad salutē nostrā: apostolorum imbecillitatē ideo voluit multis modis euidētem fieri vt per illos doceret oēs, ne quis sibi quicquā de suis ipsius viribus polliceret, sed ingruēte malorū ꝓcella, totus penderet à ꝑsidio cœlesti, qđ tanto præsentius adest, quo magis homo de suis viribus fuerit diffisus. Apostoli nōdum verbis coargui poterāt, sed futurū erat, vt ex re tandē agnoscerēt seipsos. Ventum est igitur in prædium, cui nomē Gethsemani. Ea vallis ē ad radicē montis Oliueti. Nemo pōt ascendere in crucē Iesu, nisi prius descenderit in vallem hanc, nisi sese deiecerit abdicatis omnibus humanæ superbiæ præsidiis. Hic iubet subsistere reliquos octo, ipse adiunctis sibi tribus, Petro, Iacobo, & Ioanne, nō magno interuallo subducit sese, vt vacaret precibꝰ. Agnosce machinas Euangelicas aduersus violentiam persequutorū. Erant in Iesu duo inter se diuersissima, diuina maiestas qua nihil sublimiꝰ: & humana imbecillitas, qua nihil abiectius. Quibꝰ autē his tribus gustū aliquē præbuerat suæ sublimitatis, voluit eosdem extremæ abiectionis & humilitatis esse testes, vt in eodem discerent, & quid esset imitandum, & quid sperandum. Nusquàm hic facies solis in morem fulgurans, nusquam vestis

niue

niue cãdidior, nusquã confabulator Moses & Helias, nusquã paterna vox, verũ vt homo prorsus omni destitutus auxilio, cœpit pauore conturbari, & anxietate mẽtis exanimari. Nimirũ homo verus erat, & insigniter in se expressit, qđ imminẽte tali tẽpestate solet his accidere, qui nihil aliud sunt quã homines. Nec dissimulauit anxietatẽ animi apud amicos. Persentio, inquit, animo mœrorẽ morti simillimũ. Quærebat vndiq; solatiũ, nec inuenit. Est & hoc aliqđ solatii gen9, apud amicos, tametsi nihil opitulaturos, q̃ri de calamitate. Hic igit̃ iubet & hos treis subsistere ac vigilare. Quo facto paululum ꝑgressus, ac veluti prorsus ab omni solatio hominũ destitut9, planeq; deplorat9, qđ ad humanas attinebat opes: cõfugit ad patris auxiliũ, nec apud hũc statim inuẽturus mali leuamen. Itaq; ꝓcumbens humi, demissa in terrã facie, rogabat patrẽ, vt si quã fieri posset, preteriret hui9 certaminis tẽpus. Natura corporis horrebat cruciatũ ac mortẽ imminentẽ. Abba pater, inquit, tu nihil nõ potes: transfer hoc poculũ a me ne bibã, verũtamen id fiat, qđ tua statuit voluntas, q̃ nihil vult, nisi qđ est optimũ, non qđ vult hui9 corporis imbecillitas. Hęc ꝓcatus rediit ad relictos tres apostolos, ac reperit illos iã dormientes. Ac Petrũ modo tã fortia pollicitũ appellat: Simõ, inq̃t, dormis? Nõ poteras vl' vnã horã vigilare mecũ? Hoc tempus non admittit oscitantiam. Neque enim dormit

dormit, qui nobis molitur perniciē. Vigilate & orate, ne veniatis in tētationem, quæ si vos oppresserit īpa ratos, piculū est ne vincamini. Cōmune piculū ē, ego vobis vigilo, vobis oro, vigilate & vos mecū, & orate mecū, vt mecū vincatis. Spirit9 quidē prompt9 est, sed caro infirma. Ne vincat caro, spirit9 est vigilia ac precatione cōfirmād9. His dictis, Iesus rursum abiit vnde venerat, atq; iisdem verbis rogauit patrē, ne biberet ē poculo, qd' instabat. Mox reuersus ad suos, offendit illos denuo dormiētes. Dormitabāt in visione maiestatis, nec sciebat Petr9 quid loquerel. Dormiūt & hic in spectaculo infirmitatis, nec satis intelligunt, quid respōdeant obiurgāti Iesu. Rediit ad suos tertio Iesus à pcatione sua, ac tertio reperit illos dormitātes. Perierant illi nobiscum, nisi p nobis oībus vigilasset ac deprecatus fuisset Iesus. Expergefactos igit' obiurgat illos, vt per eos omniū extimulet oscitātiā: Dormite posthac & requiescite. Satis dormitatū est. Ipsa res vos volētes nolētes excitabit. Adest articulus tēpestatis. Ecce fili9 hominis mox pdel, tradēdus in man9 scelerosorū. Surgite eamus illis obuiam. Iam enim dominus Iesus ex precatiōe robur animi collegerat ad uersus instantem procellam afflictionū. Nec post vllū signum dedit pauoris aut tædii, sed exemplum constantissimæ tolerantiæ nobis prębuit vsq; ad mortē. Nondū hūc finierat sermonē, adest Iudas Iscariotes

vnus e numero duodecim selectorꝝ, & inter hos habitus pcipuus, adducēs secū numerosam cohortē, eāq; gladiis ac fustib9 armatam aduersus inermem Iesum. Nec deerat autoritas. Miserant hāc manum summi sacerdotes, scribæ & populi primores. Hic mihi vide lector egregium conflictum Euāgelicæ pietatis, aduersus falsam religionē. Sic quotidie oppugnatᷣ, sic semp vincit Euāgelica veritas. Nullus ad eā pdendam magis idoneus, quam qui sub pfessione veritatis Euāgelicæ, docet ea quę sunt carnis. Longe plus periculi est à falsa doctrina, quā à gladiis & fustib9 palā scelератoꝝ militum. Nec sibi tn̄ satis fidit Iudas ad prodēdum dn̄m, adhibet armatā manū cū autoritate vtriusq; ordinis, prophani & sacri. Atq; hęc aguntᷣ noctu, captata loci quoq; opportunitate. Densissimę tenebrę sint oportet, vbi vincitᷣ & capitur Iesus. Hæc erat potestas tenebraꝝ, & ad tēpus permittitᷣ satanæ, vt Christum videatᷣ deuicisse. Quid aūt cæci9, quā illi humanis cōsiliis moliri insidias, quē nihil fugit: quā illum aggredi gladiis & fustib9, qui nutu pōt, qcquid vult? Iudas autem nō palàm ostendit se ducē scelerate manus, sed prius dedit illis simbolum, dicēs: Quēcunq; osculatus fuero, ille est Iesus. Iniicite manus illi, & abducite caute ne elabatur. Cauerant hoc sacerdotes, ne numeraretur pecunia, ni Iesus eēt in manibus. Deinde cœpit ex interuallo præcedere turbam, quasi aliud

agens

agens,sic tamē vt illis esset in cōspectu. Mox vt adiit iesum,salutauit illum,dato ex more osculo.Nec hic iesus remisit lenitatē suā erga proditorē.Tātū illi⁹ tāgit cōscientiā,dicēs:Amice,ad quid venisti? Sciebat,non futurū vt ille resipisceret,sed tamē nihil nō facit,quo corrigeretur:nos erudiēs,vt erga peccātes summa lenitate vtamur,propterea qđ ignoramus,an aliquādo sint ad meliorē mentē redituri.Si resipiscunt,lucrifecimus proximorū salutē: si nō resipiscunt,non carebit nostra māsuetudo suo præmio.Osculū charitatis mutuæ signū est. Charitas autē declarat nos esse discipulos Iesu.Nihil igit̄ hostilnis osculo simulato. Tale nimirum osculū dāt &hodie iesu pseudapostoli,qui sub prætextu pietatis Euāgelicæ ventri suo seruiūt,gloriā venant̄ humanā,& pro libertate spiritus docēt iudaismum.Ad osculi venenati signū, milites manū iniecerunt in Iesum,ac vinxerūt.Ad hūc tumultū incandescit discipulorū animus.Iamq́; Petrus oblitus eorū,q̄ prædixerat dn̄s, indicauit adesse tēpus,quo præstaret aliquid dignū fortib⁹ promissis.Is educto gladio percussit seruū summi pōtificis nomine Malchū , qđ is cæteris ferocior,prim⁹ festinaret manus inicere in iesum : ac dn̄o dextræ ictum moderāte,tantū amputauit auriculā illius dexteram. Sed obiurgato discipulo, dn̄s clemētissimus ilico sarsit vulneris minime periculosi dispēdium,& auriculā restituit.Adeo nulli nō benefic⁹

neficus fuit Iesus, vt nos puderet quenq̃ vlcisci velle, ne dicã immerẽtẽ lædere. Porrò iesus, vt nõ vult aliis præsidiis defendi, q̃ gladio sermonis Euangelici, qui penetrat ad intima cordium: ita voluit armatã manũ scire, se nulla vi capi posse, nisi volens ac prudens se præberet capiendũ. Itaq; versus ad illos dixit: Quid accidit, vt intẽpesta nocte cum gladiis & fustib9 exiretis huc ad me, tanq̃ ad latronẽ sese similibus armis defensurum? Quotidie erã Hierosolymis, nõ clàm, sed clara luce, & in loco omniũ celeberrimo, videlicet tẽplo, sanans ægrotos, ac docens veritatẽ. Sẽper inermis fui, cum inermi raroq; discipulorum comitatu. Quur ibi me nõ comprehẽdistis? Certe minore negocio tum poteratis, si decretũ hoc erat. Sed istud est tẽpus vestrum, vt diuino p̃missu liceat, q̃d lubet. Et ita futurum iam olim prædixerũt scripturæ, quæ mẽtiri nõ possunt. Hæc vbi dixisset, adoriũtur agmi natim, ac manus iniiciunt in Iesum. Moxq; discipuli sibi quoq; timẽtes, quotquot erant, deserto dño, alius aliò diffugêre. Infirmis licet fugere, qui nõdum idonei sunt p̃ferendis suppliciis: quanq̃ incidit tẽpus, quo fugisse, negasse est. Ibi non oportet fugere, sed vltro ad mortẽ occurrere. Vbi plus est dispendii, q̃ cõpendii Euangelio ex morte tua, fugito, latita: vbi fructus est copiosus, si moriaris, dispendium ingẽs, si te subducas: occurre carnifici. Erat autẽ inter duodecim adole-

adolescens quidã, qui cæteris vehementius diligens se sum, sequebatur illũ, quũ iam vinctus duceret. Is vni ca duntaxat sindone nudum corporis tectũ habebat. Hunc agnitũ apprehẽderãt: at ille reiecta sindone, ela psus est è manibus illorũ, vestis iactura vitã redimẽs. Qui iuxta spiritũ sic fugit, fœliciter fugit. Quid enĩ est aliud hoc corpus, q̃ animi vestimẽtum? Quoties Satanas manum iniecit animæ, neglige sindonẽ, & ef fuge. Nunc contẽplator, quibꝰ modis tractetur Euan gelica veritas, posteaq̃ prodita est ab impio discipu lo. Per violentã militum manũ vincta ducitur ad vtri usq; ordinis primores, in illius exitiũ cõiuratos. Pri mum adducit ad summũ sacerdotẽ. Nullus hostis ca pitalior Iesu, q̃ impius põtifex. Iam vt res maiore cũ autoritate geri videretur, cõuenerunt eõdẽ omnes sa cerdotes, cum scribis & senioribꝰ. Hæc est autoritas huius mũdi cõiurata aduersus humilẽ, sed nihilo seciꝰ inuincibilem veritatẽ. Nõdũ Petrus abiecerat animũ, sed eminꝰ sequutus est iesum. Iã dissimulatus discipu lus, nimirũ mox abiuraturus. Ad nihil enĩ aliud valet hominis fortitudo, nisi vt enormiꝰ peccet. Itaq; pru pit in atriũ summi sacerdotis, atq; ibi sedebat admix tus scelerato gregi famulorũ, & calfaciebat se ad pru nas, spectator futurus dñicæ tolerãtiæ potius, q̃ imita tor. Interim q inter sacerdotes primũ dignitatis locũ tenebant, quorũ vt quisq; primꝰ erat autoritate, ita cę

teros

teros superabat impietate: cumq; his reliquũ cõciliũ, ne viderẽtur homicidæ potius, q̃ læsæ pietatis vltores, venãtur aliqđ testimoniũ aduersus iesum, vt eum ad mortẽ adigerent. Nihil aliud sitiebant, q̃ mortẽ illius, qui omnib⁹ gratis vitam offerebat æternã. Nec inuentũ est vllum testimoniũ satis idoneũ. Solus enim erat Iesus, in quẽ nullum testimoniũ idoneũ inuenire posset humana versutia. Iam eñ multi prodierãt, qui testimonium dederãt aduersus Iesum, verum adeo friuola, vt nec iniquissimis illis viderẽtur sufficere ad cõdemnãdum eum, quem iam apud sese damnauerant, priusquàm in iudicium adductus esset. Tandem exorti sunt, qui graue testimoniũ ferrent aduersus Iesum, dicentes: Nos adferimus cõperta. His enim aurib⁹ audiuimus eum dicentẽ: Ego dissoluã tẽplum hoc manufactum, ac post triduũ aliud nõ manufactũ extruã. Hãc volebant videri blasphemiã in tẽplum dñi. Nec horum testimonium, quanq; adderet aliquid veri ad exaggerandam criminis attrocitatem, visum est satis idoneum. Diceres illic esse iudiciorum religionem, ac faueri reo: verum hæc sacerdotum diligentia non aliò tendit, q̃ ne qua possit elabi Iesus. Nihil agit̃, ad perdendum Iesum summo pontifice est opus. Is itaq; videns rem parum succedere, surgens in medio consilii, cœpit appellare iesum, ex ipsius ore venans vnde posset cõuinci: Audis, inquit, quæ tibi obiiciũtur crimi

na?

na? Nihil habes qđ ad ista respõdeas? Iesus autẽ obticuit, neq; quicq̃ respõdit. Quid enĩ attinebat ad ea respõdere, quæ ipsi iudicarãt friuola? Pergit itaq; venari summ⁹ põtifex & interrogat eũ, dicẽs: Es ne tu ille Christ⁹ fili⁹ dei semp laudãdi? Iesus esse se fassus est: nec enĩ debebat negare, qđ expediebat oẽs scire. Sciẽs autẽ illos nõ credituros, aut certe cõtempturos ob corporis imbecillitatẽ, adiecit qđ illis terrorẽ iniiceret. Videbitis, inquit, filiũ hoĩs sedẽtẽ à dextris diuinæ maiestatis, magnaq; cũ gloria & comitatu angelorũ venientẽ sublimẽ in nubib⁹ cœli. Sẽsit aũt iesus de secũdo aduẽtu, quo reditur⁹ est iã nõ humilis, sed in maiestate diuina iudex viuorũ ac mortuorũ. Sacerdotes impii legẽ nesciebãt, verũ ex pharisæis discere poterãt vtrũq; aduẽtũ Messię p̃dictũ à pphetis, alterũ aspnabilẽ & contẽptũ, alterũ magnificũ ac formidabilẽ. Verũ nõ vacat cõferre, q̃ gesserat iesus, cũ his q̃ prædixerãt pphetæ. Tãtũ hoc agunt, vt extinguãt iesum. Hic summ⁹ põtifex etiã pietatis imaginẽ, suæ p̃texẽs impietati, lacerat vestimẽta sua, quo blasphemiã redderet atrociorẽ. Quid, inquit, p̃terea op⁹ est testib⁹? Ipsi audistis manifestã blasphemiã. Põtifex ipi⁹ sueq; gloriæ studiosus, nõ fert p̃dicari gloriã Christi, sic existimãs, suæ maiestati decedere, quicqd illi tribuit. Furor illũ paulò ante submouerat à sede, & tñ interim assurgit filio dei: nũc lacerat vestimẽta, vaticinãs futurũ, vt

T regnãte

regnãte vero põtifice Iesu, carnale põtificiũ aboleret. Scissa est gloria synagogæ, Christi tunica manet integra. Quid lõgi⁹ abest à blasphemia, q̃ prędicare gloriã filii dei? Q̃ testificari futurũ, qd̃ ꝓphetæ futurũ p̃dixerant? Et tñ hęc scelerato põtifici blasphemia ẽ, quę nõ egeat testimoniis. Quid, inquit, vobis videt? Oẽs cõsentientib⁹ calculis iudicarũt esse facin⁹ morte plectẽdũ. Dignũ tali sacerdote cõciliũ. Nũc ꝯsiderãdũ est, qb⁹ modis in talib⁹ cõciliis tractet veritas Euãgelica, vbi sacerdos impi⁹ ꝑ deo cupiẽs haberi, nõ fert p̃dicari gloriã filii dei: vbi scribę tacẽt, q̃ didicerũt ex ꝓphetis: vbi primores ppl̃i cõspirãt cũ tẽpli primatibus: vbi adsunt ministri milites'q̃ cõducti, & ad oĩe scel⁹ suapte malicia parati. Iã enĩ veluti rite dãnatũ Iesum, qdã ex illis cœperũt cõspuere, alii velo obtegere faciẽ ei⁹, & colaphis ĩpactis dicere illi: Vaticinare, qs te ꝑcusserit, hmõi ludibriis exprobrãtes illi, qd̃ se passus esset haberi ꝓphetã. Porrò ministri sacerdotũ alapis illũ cædebãt. Hæc erãt morte crudeliora, verũ hoc exẽplũ nobis parabat. Ferẽdis ignominiis nemo superauit Iesũ, ædẽdis miraculis qdã superarũt. Dũ hęc agũtur circa Iesum, Petr⁹ timid⁹ spectator, sedebat ĩ atrio ĩferiore, admixt⁹ põtificis ĩpii satellitio. Ibi decebat esse, quũ esset abnegatur⁹ Iesum. Huc venit ancilla q̃dã sũmi sacerdotis: ea quũ vidisset petrũ cũ cæteris calefaciẽtẽ sese ad prunas, ĩtuita illũ curiosi⁹, cœpit noscitare

speciẽ

speciem discipuli, & ait illi: Tu q̃q; eras cũ Iesu nazareno. Hac voce territ⁹ Petr⁹, negauit, dicẽs: Nõ noui hoiem, neq; scio qd dicas. Cõueniebat magnificũ pollicitatorẽ, quo magis agnosceret suã ĩbecillitatẽ, à muliercula terreri, vt post ĩtrepide iesu nomẽ ꝓfitẽs apud magistrat⁹ & reges, sciret eã fortitudinẽ nõ esse virtũ humanæ naturæ, sed spirit⁹ diuini. Itaq; territ⁹ Petr⁹, nec satis fidẽs ei loco, egressus est atriũ, nec tñ recessit ab ædib⁹ põtificis. Dum hic hęret, gall⁹ cecinit. Audiuit Petr⁹, nec tñ venit in mẽtẽ, qd dixisset Iesus, tãtus pauor habebat hoiem. Rursus aũt quũ illum vidisset ancilla quędã, cœpit illum deferre apud circumstãtes, dicẽs: Hic ex illorum numero est. Rursum petrus mẽdacio elapsus est, negans sese de numero apostolorum esse. Atq; aliquãto post, ministri qui astiterant, quum ab ancilla noscitaretur, quũ & ipsi curiosius hominis vultũ & cultũ cõtẽplarẽtur, cœperunt eum noscitare & dicunt: Vere ex illis es, nã & Galilæus es. Prima delatrix est mulier. Quãtũ autẽ periculũ Christi discipulum, notũ esse in aulis põtificũ ac principũ? Nisi totũ discipulũ exuat, periclitaᷓ de capite. Ex sermonis etiã idiomate periclitaᷓ Petrus. Tales aulæ nihil ferunt syncerae veritatis. Nunc demũ fiet german⁹ aulicus Petr⁹, cœpit enim execrationibus additis deierare se prorsus nõ nosse Iesum, de quo loquerentur, ac rursum gallus cecinit. Nec prius ad se rediit Petrus, q̃ illum est intui

tus iesus. Tādē itaq; recordatus sermonis quē dixerat iesus: Pri⁹ q̃ gallus cātet bis, ter me negabis, egressus est domū Caiphæ, & erupit in lachrymas. Nec tñ fugit ad laqueū queadmodū iudas: qa nō per maliciā, sed p humanā ibecillitatē ceciderat, idq; pmissu dñi, vt nos illi⁹ lapsus erudiret. Sed hic imber erumpēs extinguit fulmē iræ diuinæ. Nō flet autē, nisi pri⁹ egressus e palatio Caiphæ. Nā illic quo qsq; peior est, hoc sibi magis placet.

CAP. XV.

TOTA ea nox in ædib⁹ Caiphę cōsumpta est ī pnicie & ludibriū Iesu. Mane vero statim inito rursus cōcilio, summi sacerdotes, cū seniorib⁹ & scribis, totoq; cōsessu, victū iesum abduxerūt, ac tradiderūt Pilato iudicādū, quē ipsi suo iā piudicio dānarāt. Nūc ex iudicib⁹ fiūt accusatores. Pilatus auditis illorū delationib⁹, appellauit iesum reū: Tu ne es ille rex iudeorū? Iesus respōdit: Tu dicis, tacite agnoscēs qđ erat. Quanq; ea vox nihil mouebat pilatū, quū in Iesu nihil appareret, qđ argueret mūdani regni affectatorē. Porro sūmi sacerdotes, ne quā posset elabi iesus, varios criminū articulos ī illū cōgerūt, vt ex multis tādē aliqđ saltē esset, qđ moueret iudicē non admodū iniquū. Pilat⁹ aūt aiaduertēs, qđ res ageretur odiis priuatis, captabat occasionē liberādi reū à causa. Itaq; quū rursus adisset iesum, nec ille quicq; respōderet, ait: Nō respōdes quicq; in tāto capitis periculo? Vide quot articulos

ticulos isti tibi obiiciunt. Iesus aũt postea nihil respõ dit, ne cupiens elabi ex hoc iudicio, ne mortis vtilitas impediretur, & sciens sacerdotũ maliciã nõ cõquietu rã, etiã si hac via nõ profecissent. Itaq; sic mori vole/ bat, vt cõstaret eũ mori volentẽ. Præses aũt, quãquam ethnicus, tamẽ abhorrẽs ab homicidio hominis, quẽ suspicabat̃ innocẽtẽ, nihil intentatũ relinquit, quo li beret eũ, quãdoquidẽ videt ex ipso nihil auxilii sup/ peditari, quo posset liberari. Mos erat apud Iudæos, vt in die festo paschę dimitteret̃ aliqs ex his, qui ob capitale facinus essent vincti, quẽcũq; populus Iudęo rũ petisset sibi donari. Habebatur aũt tum in vinculis quidã ob facinora nobilis Barrabas, q in ciuitate mo uerat seditionẽ, & in tumultu patrarat homicidiũ. Hac occasione Pilatus decreuerat vti ad seruandũ Iesum. Proinde quũ populus ex more cõfluxisset, ad postulã dũ remitti sontẽ aliquẽ: & hac rõne testificãs, qđ ipsi incolumes euasissent ex Aegypto, Pilatus ita respõdit Duos habeo, Barrabã vobis notũ, & Iesum, quẽ di/ cunt regẽ Iudæorũ. Vultis igit̃ vt Iesum vobis dimit tã? Sẽserat Pilatus in sacerdotib9 nihil esse presidii, ita q cõfugit ad populũ, sperans vt illorũ fauore libera/ ret̃ Iesus. Et futurũ erat, nisi pontificũ infatigata ma licia cõcitasset multitudinẽ, vt postularẽt sibi cõdona ri Barrabã potius quã Iesum. Id quũ pręter expecta tionẽ pręsidis accidisset, nã audierat eũ esse gratiosum apud populũ, nõ desinit tamen opitulari Iesu ꝑ viri/

 bus.

bus. Quid igit̃ inqt, vultis vt faciã de rege Iudæorũ? expectãs in hunc mitiorẽ à plebe sñiam. Sed hic stre nue vigilarat pontificum versutia, suã ĩpietatẽ in mul titudinis aĩos trãsfuderãt. Nec alibi valet talium põti cum autoritas, quã ad excitandos principes ac pp̃los aduersus veritatẽ Euangelicã. Rursum igit̃ clamat po pulus: Crucifige eum. Persuaserant & hoc põtifices, vt mortis gen⁹ oĩm ꝓbrosissimum deligeret̃, quo Iesu nomẽ apud oẽs Iudęos redderet̃ execrabile, ꝑpterea ꝗ lex ꝓnunciat execrabilẽ, qsquis penderet in ligno. Adeo nõ solum student Iesu vitã eripe, sed famã etiã honestã abolere, qđ est homicidio crudeli⁹. Nõ ferũt cuiusq̃ nomen haberi sacrosanctũ ꝑterq̃ suum. Nec hic cedit illoꝝ furori Pilat⁹, sed reclamat: Cæsaris præ ses sum, mihi nõ est ius occidendi, nisi rite cõuictum. Quid aũt hic admisit cruce dignum? Nihil hic ꝓficit pręses, sed furiosius etiã inclamabãt: Crucifige eum. Nec prius tñ labefactata est p̃sidis cõstantia, quã obii ceret̃ Cæsaris læsa maiestas. Nõ eñi cõueniebat occidi Iesum, nisi pontificum vesaniæ, Cæsaris subseruisset autoritas. Pilat⁹ autẽ vidẽs hinc ĩminere periculum à Cæsare, hinc à pp̃lo tumultuãte, quũ sciret ĩnocentẽ Iesum, tñ volẽs morẽ gerere implacabili odio põtifi cum, scribaꝝ, senioꝝ & pp̃li, ꝓnunciauit in Iesum sen tentiam mortis, sic eadem sñia liberans innocentem à crimine, sacerdotes & pp̃lm condemnans. Innocentẽ eñi ꝓnunciauit, quẽ permittebat illis crucifigendum.

Tales

Tales Pilatus semp habitura est Euãgelica veritas:vti nam nõ exorianť illis etiam pontificib⁹ sceleratiores. Iesus itaq; damnat⁹,primum flagellis cæsus est.Qũ nec ea pœna satiaret aĩos iudæoꝝ,traditus est cohorti vt crucifigereť.Sic visum est cõsilio diuino, vt Iesus fons oĩs gloriæ,ab oĩ genere hominum per oẽ ludibrii genus exerceret,ne nos vllo maloꝝ genere frangeremur.Iudas ꝑdebat,pontifices,scribæ & primores ppli cõsultarant,ministri ceperãt,Caiphas summ⁹ pontifex damnauit,fons oĩs hui⁹ tragœdiæ:cõsilium cum ministris velut damnato illusit, pplus obstrepit insanis clamorib⁹,Cęsaris nomen terret,Herodes spnit,Cæsaris p̃ses ꝓnunciat.Et in his oĩb⁹ est Caiphas in Caipha satanas. Superest vt ꝓfana militum cohors suas agat parteis.Et in his erat Caiphas.Oĩs ignominia Iesu,oĩs pnicies,si qua est,a Caiphas est:qui rem sanctissimã imprudẽs peregit.Peregit enĩ hoc sacrificium,sine quo nemo saluus esse poterat. Milites itaq; Pilati dãnatum Iesum duxerunt intro in atrium p̃torii.Nam Iudæi qui religiosi videri volebant,nõ audebant ingredi p̃torium hominis ethnici,quo puri accederent ad celebrandum suum illud phase.Et tñ anim⁹ illorum erat in medio prętorio,erat in manib⁹ militum,quos suapte sponte ꝓpensos ad maleficium huc instigarant.Postea quàm Pilatus semel tradiderat Iesum,non existimabat magni referre,quomodo occideretur.Sic fauit Herodes virtuti Ioannis, vt tamen

ad puellæ pces amputaret illi caput. Cōstantius fauit Pilatus, sed tandē deniq; tradidit illū crucifigēdū, ne quis Euāgelicæ veritatis pfessor vllū psidiū sibi poneret in hoc mūdo. Milites igit, quo magis satiarēt aīos suos ignominiis in Iesum, cōuocant totā cohortē, & per ludibriū induunt illū purpurea veste, velut īsigni regū: capitiq; īponunt diadematis vice coronā è spinis cōtextā. Sic ornatū cœperunt cōsalutare, dicentes: Aue rex Iudæorꝝ. Quin & arūdine, quā illi sceptri vice dederāt in manū, pcutiebāt caput ei9, & cōspuebāt eū: ac flexis genib9 adorabāt eū. Iesus aūt tacit9 sese pbebat ad oēm cōtumeliā, nr̄is malis debitam ignominiā in se trāsferēs, vt nos eueheret ad suā gloriam. His peractis, exuūt illū purpura, & induunt illū vestib9 ppriis, quo crucē ītet maleficos baiulās, nosci posset ab oīb9. Et hoc curarat sacerdotum malicia, q̄ magis alienarent oīm animi. Inter eundū obuium habuerunt Simonē quēdā Cyrenēsem redeuntē è villa sua. Is erat pr̄ Alexandri & Ruffi. Hunc, tametsi notū ac diuitē, militari pcacia nolentē cōpulerunt, vt tolleret crucem Iesu, nō vt illi parcerent, sed vt citius absolueret negocium occidendi. Quosdam necessitas adigit ad amplectendā crucem iesu. Verꝝ hęc felix est necessitas, q̄ propellit ad salutē. Apostoli neminē cogunt ad Christū, sed milites cogunt. Malorꝝ violentia multis saluti fuit. Perducunt autē iesum in locum sontium suppliciis īfamem, cui nomē apud Syros Golgoltha, qđ Latinis

sonat,

ſonat, Caluariæ loc⁹. Illic dederũt illi bibere vinũ myrrhatum. Id ex more ſolet offerri morituris. Ieſus aũt oblatum nõ accepit. Iã enĩ biberat cũ diſcipulis ſuis, nõ bibitur⁹ de fructu vitis, donec biberet nouũ ĩ regno dei. O derat vinũ acerbum, qđ illi ꝑduxit iudaicę ſynagogæ vitis, verſa ĩ amaritudinẽ dño cultoriq̃ ſuo, q̃ ꝑ mitib⁹ vuis dederat labruſcas. O derat vinũ impioꝝ. Aliud vini gen⁹ ſitiebat. Id erat muſtũ Euãgelici ſpirit⁹, quẽ poſt effudit in diſcipulos ipſe relat⁹ in cœlũ. Sublato aũt in crucẽ ieſu, hi q crucifixerant eum, partiti ſunt inter ſe veſtes illi⁹, miſſis ſortib⁹ ſup tunica, q̃ ſic erat cõtexta, vt ſcindi nõ poſſet, cui tota cõtingeret. Agnoſce pauperẽ ieſum, cui iã nihil erat reliq in terris. Pendet medi⁹ inter cœlũ & terrã. Sic nudum, ſic expeditum, ſic ſublimẽ eẽ oportet, q velit cũ hoſte ſalutis humanę cõgredi. Dauid cõflictur⁹ cum Goliad abiicit arma Saulis, q̃ magis onerãt quã iuuãt Erat autẽ hora tertia, quũ illum ſuffigerẽt ĩ crucẽ. Addit⁹ eſt ſummo ſtipiti titul⁹ cauſæ: Rex iudęoꝝ: trib⁹ linguis, Hebręa, Græca, Romana. Simulq̃ cũ eo crucifigunt duos latrones, ſic vt alter illi pẽderet dexter, alter ſiniſter, mediumq̃ ieſum hinc & hinc cingerẽt. Et hoc à ſacerdotib⁹ ipſis erat ꝓcuratum, ut ignominioſum redderẽt nomẽ ieſu. Prędixerat hoc futurum ꝓphetia Eſaię: Cum iniuſtis deputat⁹ eſt. Nec his tãtis malis ſaturari poterat põtificũ & ſcribaꝝ odium. Primum enĩ iudęi prętereuntes crucẽ, cõuitia iaciebãt in-

pendentem

pendentē, ac velut exprobrantes iā victo, ludibrii cau sa motis capitib⁹ dicebant: Vah qui demoliris tēplū dei, & intra triduū rursus extruis: nunc ostēde qd pos sis: exere vires istas quas iactitas: serua te, si potes, ac de scēde de cruce. Nec mitiora iactabāt in eū sūmi pōti fices, vnà cū scribis illudētes iter sese: Alios saluos fe cit, seipm nō pōt seruare. Iactauit se Christū, iactauit se regē Israel, si vera sunt q̄ pmisit, descendat nunc de cruce, videamusq́ & credem⁹ illi. Hęc sacerdotum ex probratio hoc agebat, vt oēs oīno à fiducia Iesu alie narent. Sic & hodie frequēter isultat martyri ī suppli cio corporis: sic isultat ab incredulis Euangelicæ veri tati, q̄ sic nōnunq̄ laborat, vt planè videat oppressa. Nōdum finis cōuicioꝝ in iesum. Qui simul cum ipso crucifixi fuerant, è cruce cōuicia iaculant in īnocentē: sed hic quoq; Iesus rūdet suo nomini, è latronib⁹ al teꝝ seruat. Porrò hora sexta oborta caligo texit totā illam terrā. Ea durauit vsq; ad horā nonā. Tū iesus in gēti voce clamauit ad přem, oī mortaliū solatio deso lat⁹, referēs ꝓphetiā de ipso p̄dictā ex psalmo: Heloi, heloi, lamasabachthani: qď, si qs iterp̄teť, Latine so nat: de⁹ me⁹, deus meus, quare me deseruisti? Eā vocē quū excepissent quidā de circūstantib⁹, nec satis itelli gerent Hebraice, dicebant: Hic Heliā īuocat. Tales & hodie sunt multi, sempq́ futuri sunt pseudoprophe tæ, nihilo meli⁹ interpretantes verba Iesu, quā irriso res illi sunt iterp̄tati. Post hęc, quū rursum clamasset,

sitio

ſitio, quidā accurrit, ac ſpōgiā aceto ībutā, īpoſitam'ꝗ arundini, porrexit illi, dicēs: Sinite, videam⁹ an veniat Helias, ꝙ deponat eū de cruce. Ieſus aūt rurſus guſtato aceto, noluit bibere. Aliud vinū ſitiebat, qđ illi nolebant porrigere, ꝙ nolebāt Euangelio credere. Ieſus autē cōſummatis oīb⁹, emiſſa voce magna, expirauit. Mox'ꝗ tēpli velum, qđ ea ꝗ iudęi habebant ſacratiſſima, à cōſpectu multitudinis ſeparabat, ſciſſum eſt à ſummo vſ'ꝗ ad imū. Ceſſant vmbræ, ſimulat'ꝗ ꝑdit veritas. Nec erat neceſſe futurū, vt vllus ſacerdos ītroiret in ſancta, ſemel īmolata victima, ꝗ ſola ſufficeret ꝑ expiandis toti⁹ mundi peccatis. Porrò Centurio, qui aſtabat ex aduerſo, miniſter ac teſtis mortis, qui multos ſupplicio moriētes cōſpexerat, quum vidiſſet, Ieſum ꝑter aliorū morē ſtatim à valido clamore efflaſſe ſpiritum, ait: Vere homo hic fili⁹ dei erat. Agnoſce primitias gētium Chriſti virtutē ꝓfitētium. Qui hominē ꝓfitet̃ ac dei filium, hominē ac deum ꝓfitet̃: ~~[illegible] & Cēturio quidē adhuc [illegible]~~. Cōſiderat & illud, vt ſeruator vbi'ꝗ ſeruator eſt, ī cruce moritur⁹ ſuauit alterū è latronib⁹, mortu⁹ ilico trahit Centurionē ad ꝓfeſſionē Chriſtianā. Aderāt aūt & mulieres è lōginquo ſpectātes, ꝗ gerebant̃. Inter ꝗs erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris, & Ioſe mr̃, & Salome: ꝗ quū Ieſus eſſet ac doceret ī Galilęa, ſequebant̃ eum, ac miniſtrabant de facultatib⁹ ſuis, cū'ꝗ his aliæ cōplures, ꝗ tādem & Hieroſoly-

Hierosolymã euntẽ fuerãt cõsequutę. Quũ aũt iã apperet vespera, qm̃ erat dies parasceues, ideo sic dict⁹, qđ p̄cederet magnũ illud sabbatũ, venit Ioseph Arimathięsis, nobilis decurio, q & ipse expectabat regnũ dei. Is qm̃ bene sentiebat de Iesu, fret⁹ nobilitate sua, ausus est adire Pilatũ, ac petiit corpus Iesu. Pilat⁹ aũt mirabat̃, si iã mortu⁹ esset Iesus, homo iuuenis, quũ multi fractis ẽt crurib⁹ soleãt biduũ, aut triduũ viuere. Itaq̃ accersit Cẽturionẽ, qui cruci astiterat, pcontatus est eũ, an iã mortu⁹ esset. Et quũ ex eo certum cognouisset, ꝙ iã mortuus esset, donauit corp⁹ Ioseph. Iesus eñi quã diu viuebat, impiis etiã sese pulsandũ & cõspuendũ permisit. Mortu⁹ statim dignitatẽ suã sibi vindicat, nec tractari vult, nisi ab honestis ac piis: ne cõspici quidẽ, nisi à discipulis ęternæ vitæ destinatis: nos hac imagine docẽs, ne qs dignitatẽ suã in hac vita vindicet. Tm̃ p honorẽ & cõtumeliã, per gloriã & ignominiã peragat negociũ Euãgelicũ. A morte dignitas efflorescit. Ioseph itaq̃ lętus tã p̄cioso munere mercat⁹ est sindonẽ, eaq̃ cõuolutum corpus reposuit in monumẽto nouo, qđ erat excisum è viuo saxo, & aduoluit ingentẽ lapidẽ ad ostiũ monumẽti, ne qs facile suffurare t̃ corp⁹. Cæteræ ex mulierib⁹, quę spectarant dñm morientem, duæ ad monumentũ vsq̃ consequutæ sunt. Maria Magdalene, & Maria Ioseph, cõtẽplãtes, vbi reponeret̃ corp⁹: vt quum liceret, ex more gẽtis illius officiũ & honorẽ sepulturæ exhiberẽt.

CAP. XVI.

QVoniã aũt die parasceues, q̃ sepult⁹ est sub vesperã dñs, mox à solis occasu sabbati religio vetabat opari, intermisso q̄ cœperãt ĩ parãdis aromatib⁹, expectabãt posteri diei finẽ: statimq́; vt occidisset sol, & redisset operãdi facultas, Maria magdalene, & Maria iacobi, & Salome paratis aromatib⁹, veniebant vt vngerẽt iesum, summoq́; diluculo primo die sabbatorũ, q̃ sabbatũ exactũ seq̃bat̃, à parasceue terti⁹, pię mulieres vennũt ad monumẽtũ, iã ad solis exortũ albescẽte cœlo. Dicebãt aũt inter sese: Quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti? Erat eñi igẽs, nec muliebriũ erat viriũ eũ amoliri. Et circũspiciũt, si quẽ nãcisci possẽt, cui⁹ ad id vterent̃ opa. Ac dum respiciũt, viderũt lapidẽ iã amotũ. Mox ingressę monumẽti vestibulũ, viderũt iuuenẽ ad dexterã monumẽti ptẽ, amictũ stola cãdida. Ad hoc spectaculũ tametsi lœtũ faustũq; hoĩs, tñ q̃a subitũ & inexpectatũ, obstupuere mulieres. Has illico blãdo alloqo cõsolat̃ angel⁹, dicẽs: Nõ est q̃d expauescatis. Iesum q̃ritis Nazarenũ crucifixũ, surrexit, nõ est hic. Ecce loc⁹ vacu⁹, vbi reposuerãt corp⁹ illi⁹. Quare supuacuũ est officiũ, q̄ illi parastis. Quin poti⁹ abite, renũciaturæ discipulis illi⁹, morte dñi vehementer exaniatis, sed p̄cipue Petro, cui ter abnegat⁹ dñs mœrorẽ cõgeminat: q̄ Iesus p̄cedet eos in Galilæã, eò sequant̃: illic eũ videbitis viuũ, quẽ defletis mortuũ. At illæ partim insolito gaudio, ptim nouo spectaculo ex pauefactæ, fugerũt è monumẽto, neq; qcq̃ ibi loquutæ

tæ,fiunt:tãtus pauor illas corripuerat.Nõdũ autẽ iesus cuiq̃ apparuerat,sed posteaq̃ surrexerat,mane primo à magno sabbato die, primũ oĩum apparuit Mariæ magdalene,vnde eiecerat septẽ dæmonia.Illa ꝓtin⁹ qđ viderat,renũciauit iesu discipulis lugẽtib⁹ ac flẽtib⁹.Illi narrãti,ꝙ viueret,qđq; sibi viu⁹visus esset & audit⁹, nõ habuerũt fidẽ.Adeo exciderat,ꝙ toties ꝓmiserat, se tertio die surrecturũ.Eodẽ die apparuit duob⁹ discipulis effigie peregrini ac viatoris,dũ hierosolyma ꝓficiscunť in villã.At illi,tãdẽ agnito dño,reuersi Hierosolymã nũciãt cæteris,q̃ vidissent.Nec horũ narratio ni habita est à plerisq; fides.Postremo iã abiturus in cœlum,apparuit vndecim apl'is (nã iudas perierat) in cõuiuio accũbẽtib⁹, quib⁹ exprobrauit incredulitatẽ ac duritiã cordis,qđ his q vidissent ipm̃ resurrexisse, nõ credidissent.Nec em̃ oib⁹ exhiberi debebat mortis ac resurrectionis spectaculũ,verũ ad fidẽ Euãgelicã sufficiebat,rẽ semel per idoneos testes esse cõprobatam.Alioq quõ credẽt gẽtes q̃ gesta sunt, si tã essent diffidẽtes apl'orũ narrationi,q̃ Thomas & alii quidã ex ipsis initio fuerãt? Et ait illis iesus:Posteaq̃ tandẽ vobis hæc om̃ia multis ac certis argumẽtis ꝓbata cõpertaq; sunt,ite in mũdũ vniuersum,& p̃dicate hoc euãgeliũ vniuersis orbis nationib⁹.Oib⁹ em̃ mortu⁹ sum,oibus resurrexi.Nihil iã op⁹ est obseruatione veterũ ceremoniarũ:Nihil op⁹ victimis & holocaustis ad expiãda cõmissa.Quicũq; crediderit euãgelio,per

qđ oĩbus in me fidẽtib9,p mortẽ meã offerẽ gratuita remiſſio peccatorũ oĩm:& hu9 grę ſignũ acceperit,aqua tinctꝰ,ſalu9 erit.Qui vero nõ crediderit Euãgelio,non eſt qđ fidat obſeruationi legis,aut philoſophiæ,cõdẽnabitur.Hæc via patet oĩbus ad ſalutẽ,ſed vna.Ne vero vr̃a p̃dicatio fide careat, addet & miraculorũ vis,ſi modo adſit Euãgelica fiducia,& res ipſa miraculũ poſcat.Præcipua vis Euãgelicæ grę in anis eſt,ſed tñ ob incredulos & infirmos hæc quoq; preſto erũt,vbi pfect9 Euãgelii reqret miraculũ.Qui in me poſuerint fiduciã,eiicient dæmonia,nõ in ſuo noĩe,ſed in meo:linguis loquent̃ nouis,ſerpẽtes abigent: & ſi quid lœtale biberint,nõ nocebit illis.Aegrotis impo nẽt man9,& bene habebũt. Hæc quũ in animis fiũt, mai9 præſtat̃ miraculũ,ſed occultũ. Auaricia,libido, ambitio,odiũ,ira,liuor,venena,morbiq; lœtales ſunt anĩo.Hęc abigẽt in noĩe meo,idq; faciẽt ppetuo.Propter infirmos autẽ,& ad credẽdũ difficiles, nõnunq; fiẽt & illa,vt hoĩes craſſi videãt,in illis eſſe ſpiritũ humanis virib9 potẽtiorẽ.Hęc aliaq; cũ dñs ieſus loquutus eſſet diſcipulis ſuis,recepit ſeſe ĩ cœlũ,atq; illic dexter aſſidet deo patri.Diſcipuli vero poſt acceptũ ſpiritũ cœleſtẽ p̃dicauerũt,ſicut erãt iuſſi,nõ in iudæa tãtũ,verũetiã in oĩb9 regionib9:& ſucceſſit res, licet aduerſante mundo,videlicet dño Ieſu p ſpiritũ ſuũ vim ſuã exerẽte p aplos:& qđ illi verbis pmittebãt,miraculis vbiq; paratis cõfirmante. FINIS.